

tractabilem habent, qualis est canibus et lupis auricula. In contextu, juxta compendium lingue Hebraice, desunt quædam particule, et ad hunc modum compleri potest: *Velut is qui tenet per auriculas canem, sic ille qui transit ad litem alienam, vel ingreditur litem alienam.* Uterque absurdè facti: nam canem apprehendere per cervicem solemus, non per aures; et homines amicitias nobis conciliare et beneficiis, non ad inimicitiam provocare sine causâ debemus; quod facti is qui in lite alienâ sese intermiscet. Quod additur, *irascens*, ad utrumque referri potest: nempe ad eum qui tenet canem per auriculas, et qui litibus sese immiscet alienis; utrisque enim iram excitans, irasci cogitur vicissim, ille cum canibus, hic vero cum hominibus.

VERS. 18, 19. — SICUT NOXIUS EST QUI MITTIT SACITTAS ET LANCEAS IN MORTEM (Hebr.: *Sicut abscondit se qui jecit scintillas, sagittas et mortem*), sic vir qui fraudulenter nocet amico, et cum fuerit deprehensus, dicit: *Ludens feci.* Hebr.: *Sic vir qui decepit amicum, et dicit: Nunquid ludo? Vel vehementer malum vel insanum esse qui dolo malo et fraude imponit amico, docet proverbium, similitudine acceptâ ab his qui maxima damna inferunt hominibus.* Sunt autem ii qui secretò injiciunt scintillas vel facces ardentes in aliena tecta; vel qui jaculantur sagittas repente, aut denique quocumque tela mortis in necem hominum parant sic secretò et absconditè ut vitari nequeant; omnium pessimi ac perniciosissimi habentur. Talis est ille qui decepit amicum, et dicit: *Ludens ego, vel ludebam;* q. d.: Tantò pejor, quòd post fraudem et damnum illatum petiit pro amico haberi, dicens: Non feci seriò, mala amici suos jocosæ estimans; vel, *ludens feci*, referri potest è quòd ridet, non doleat de alieno malo. Quemadmodum qui proficiunt scintillas aut sagittas cum maximo aliorum damno, et tamen illi interim jocantur et rident vel per malitiam vel per insaniam. Sunt enim qui sic vertunt vocem Hebræam, בורח, nempe insaniam simulat, vel sese insanum facit. Alii sic vertunt: *Cum fatigatione laborat, qui projiciit scintillas ignis vel sagittas.* Interpres sensum reddidit magis quam verba. Pessimis hominibus comparatur, et excusatione caret, qui quocumque animo fraudem facit amico suo.

VERS. 20, 21. — CUM DEFECEBIT LIGNA, EXTINGUITUR IGNIS: ET SUSURRONE SUBTRACTO, JURGA CONQUESCUNT. (Hebr.: *Cum non fuerint ligna, exstinguetur ignis; et cum non fuerit susurro, silebit contentio*). SICUT CARBONES AD PRÆNAS, ET LIGNA AD IGNEM, SIC HOMO IRACUNDUS SUSCITAT RIXAS. (Hebr.: *Vir contentionum ad suscitandam litem. Non erit criminator atque susurro in populis*), scripsit Moyses, Lev. 19. Ex quo crimine quanta mala proveniant, ostendit Sapiens hoc in loco, nempe discordiæ et lites, quibus omnes consumuntur virtutes; nam ut ignis aliter lignis, sic sermone eorum qui inter fratres seminant discordias, perpetuò vigent dissensiones, neque aliter potest coalescere amicitia, nisi sublatis his qui discordias seminant. Sublatâ causâ etiam effectus tollitur. Et ut

qui carbones habet, et prunas habere potest; et qui ligna, potest et ignem habere; sic ubi fuerit vir contentionum, erunt lites et discordiæ. Rectè confert discordiam igni qui omnia devorat: sic dissensio in unis ædibus, in republicâ unâ, aut inter eos qui sunt ejusdem fidei et instituti, omnia vastat: *Concordiâ parvæ res crescunt, discordiâ maximè dilabuntur.* Cujus rei exempla utinam ætas nostra haberet pauciora; sed Domini clementiâ, deficientibus susurronibus, hoc est, malis concionatoribus et pseudoprophetis, quorum verba blandè serpunt ut cancer, exstinguetur tandem nova seeta discordiarum quæ conflagrânt multorum domicilia et conscientiæ.

VERS. 22. — VERBA SUSURRONIS QUASI SIMPLICIA, ET IPSA PERVENIUNT AD INTIMA CORDIS. Hebr.: *Verba susurronis sunt velut hi qui se blandos ostendunt, et ipsa descendentur ad cubicula ventris.* Alii vocem Hebræam בורח per metathesin dici volunt, pro בורח velut qui contumund, vel frangunt. Parem versionem sequitur D. Kimbi, cui libenter detrahit famæ, magna ubique præ se fert amicitiam et studium erga eos quibuscumque loquitur, quò majorem fidem inveniat. Aben Ezra verò in contrario sensu exponit vocem בורח non simplicia, ut nos habemus, sed percontantia, sive plagam inferentia. Verba detractorum feriunt, et descendunt ad interiora ventris, hoc est, sunt mortifera, vel plagam infligunt quæ non poterit curari.

VERS. 23, 24, 25, 26, 27. — QUOMODO SI ARGENTO SORDIDO ORNARE VELIS VAS FICTILE, SIC LABIA TUENTIA CUM PESSIMO CORDE SATIATA. (Hebr.: *Argentum scoriarum obductum super testam, labia ardentia et cor malum.*) LABIIS SUI INTELLIGITUR INIMICUS, CUM IN CORDE TRACTAVERIT DOLOS. (Hebr.: *Labiis suis fit extraneus (vel alienus est) qui odio habet, et in corde suo ponet dolum.*) QUANDO SUBMISERIT VOCEM, NE CREDIDERIS EI, QUONIAM SEPTEM SEQUITUR SENTI IN CORDE IPSIUS. (Hebr.: *Cum gratiosam fecerit vocem suam, ne credideris ei; nam septem abominaciones sunt in corde ipsius*). QUI OPERIT ODIIUM FRAUDULENTER, REVELABITUR MALITIA EIUS IN CONCILIO. Hebr.: *Teget se odium in deceptione, revelabitur malitia ejus in congregatione.* QUI FODIT FOVEAM, INCIDIT IN EAM; QUI VOLUIT LAPIDEM, REVERTETUR AD EUM. De maledictis totus hic locus tractat, à quo vitio quam longè alienum esse sapientem docet, et linguam nitidam servare, et ut puritati lingue cordis mundities respondet. *Argentum scoriarum* intelligi potest, vel plenum scoriâ, vel purgatum à scoriâ; tamen priorem sensum referi sequuntur expostiores, et labia succendentia intelliguntur in malam partem. *Lingua ignis est, quæ inflammat rotam* nativitatis nostræ, inflammata à gehennâ, ut, inquit Jacobus, hoc est, ad iram et discordiam excitatur. Respondet versiculus precedentibus: *Ubi non sunt ligna ignis exstinguitur;* q. d.: Ubi male lingue et labiis inimicibus discordiam cor malum respondet, nullus neque decor, neque utilitas est in tali homine, non plus quam in vase fictili quò obductum est argento scoriis pleno; et

juxta hanc intelligentiam vox ורע, quam Hieronymus *mentientia* vertit, nos *ardentia* sive *persequentia* labia vertere possumus, et *argentum scoriarum*, hoc est, plenum scoriis; ut vas fictile sub argento malo, sic cor malum sub labiis succendentibus, litem videlicet. Sunt qui *argentum scoriarum* purgatum à scoriâ intelligent, et *labia ardentia*, splendida et polita velut argentum; ut sit sensus: Sicut argentum purum obducitur super vas fictile, sic purus sermo et politus cordi malo; in utroque enim magna fraus est, et argentum purum non potest servare vas fictile quominus frangatur, neque blanda verba cor malum ab odio vel dolo; et hoc est quò sequitur: *Verbis suis noscitur inimicus*, vel, *qui odio habet;* q. d.: Quamvis cor malum blandè loquatur, tamen subinde prodit sese. Sicut vas fictile non potest sic tegi argento ut non deprehendatur; vel, ut vas fictile non minus est fragile quia tegitur argento; sic cor malum non minus struit dolos si blandè loquatur; denique potest similitudo sic explicari: Quemadmodum vas fictile argento lectum absconditur, ut quam vile sit scire nequeas, sic *ardentia* et splendida labia cor dolosum occultant. Et hoc est quò sequitur, juxta quorundam interpretationes. *Labiis suis extraneus erit inimicus*, vel *odio habens*, hoc est, amicitiam præ se ferens verbis odium occultat, et fraudem molitur. *Cum in corde suo tractaverit dolos*, ut vertit Hieronymus *in corde suo ponet dolum*. Duplex significatio verbi כח, scire et alienare, duplicem sensum versiculi gignit, ut dictum est, vel quòd labiis ostendit odium dolosè occultatum in corde, vel quòd labiis amicitiam præ se feret, cum odium in corde sternerit ac fixum haberit. Hæc posterior expositio est melior ac magis congruens cum his quæ sequuntur: *Quando submisit vocem, vel cum gratiosam fecerit vocem, aut cum oraverit.* Verbis eorum qui sunt hostes fidei nullo modo credendum est, quantumvis gratiosa sunt, vel quantumvis humilia et benigna; nam septem abominaciones sunt in corde hereticorum, ut qui septem Ecclesie sacramenta rejiciunt, et septem Spiritus charismatibus sunt destituti. Aben Ezra refert ad id quò scriptum est, Prov. 6: *Sex sunt quæ odii Domini, et septimum detestatur anima ejus*: nempe eum qui seminat inter fratres discordias, de quo crimine hoc in loco tractatur. Nos neminem putamus majores discordias inter fratres seminare posse, quam nostrâ ætate fecit Lutherus, unitatem fidei videlicet, qui in cæta fidei errores dissecans, quos septem abominaciones sunt secute, tametsi voce submissâ et valdè gratiosè ubique videbantur loqui illius farinae homines, in malo corde dolos ponentes, quos argenteis labiis et sonoro ac elegantî sermone diù occultabant, ut sequitur: *Qui operit dolum fraudulenter.* In Hebræo est sermo vehementior, nam ponitur odium pro homine laborante odio, quò deceptio potest latere. Latuit aliquando odium quo laborant heretici contra fideles; latet, inquam, per deceptorum quâ utuntur, neque potest à singulis

## CAPUT XXVII.

1. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies.

deprehendi, nos ורע, quam Hieronymus *mentientia* vertit, nos *ardentia* sive *persequentia* labia vertere possumus, et *argentum scoriarum*, hoc est, plenum scoriis; ut vas fictile sub argento malo, sic cor malum sub labiis succendentibus, litem videlicet. Sunt qui *argentum scoriarum* purgatum à scoriâ intelligent, et *labia ardentia*, splendida et polita velut argentum; ut sit sensus: Sicut argentum purum obducitur super vas fictile, sic purus sermo et politus cordi malo; in utroque enim magna fraus est, et argentum purum non potest servare vas fictile quominus frangatur, neque blanda verba cor malum ab odio vel dolo; et hoc est quò sequitur: *Verbis suis noscitur inimicus*, vel, *qui odio habet;* q. d.: Quamvis cor malum blandè loquatur, tamen subinde prodit sese. Sicut vas fictile non potest sic tegi argento ut non deprehendatur; vel, ut vas fictile non minus est fragile quia tegitur argento; sic cor malum non minus struit dolos si blandè loquatur; denique potest similitudo sic explicari: Quemadmodum vas fictile argento lectum absconditur, ut quam vile sit scire nequeas, sic *ardentia* et splendida labia cor dolosum occultant. Et hoc est quò sequitur, juxta quorundam interpretationes. *Labiis suis extraneus erit inimicus*, vel *odio habens*, hoc est, amicitiam præ se ferens verbis odium occultat, et fraudem molitur. *Cum in corde suo tractaverit dolos*, ut vertit Hieronymus *in corde suo ponet dolum*. Duplex significatio verbi כח, scire et alienare, duplicem sensum versiculi gignit, ut dictum est, vel quòd labiis ostendit odium dolosè occultatum in corde, vel quòd labiis amicitiam præ se feret, cum odium in corde sternerit ac fixum haberit. Hæc posterior expositio est melior ac magis congruens cum his quæ sequuntur: *Quando submisit vocem, vel cum gratiosam fecerit vocem, aut cum oraverit.* Verbis eorum qui sunt hostes fidei nullo modo credendum est, quantumvis gratiosa sunt, vel quantumvis humilia et benigna; nam septem abominaciones sunt in corde hereticorum, ut qui septem Ecclesie sacramenta rejiciunt, et septem Spiritus charismatibus sunt destituti. Aben Ezra refert ad id quò scriptum est, Prov. 6: *Sex sunt quæ odii Domini, et septimum detestatur anima ejus*: nempe eum qui seminat inter fratres discordias, de quo crimine hoc in loco tractatur. Nos neminem putamus majores discordias inter fratres seminare posse, quam nostrâ ætate fecit Lutherus, unitatem fidei videlicet, qui in cæta fidei errores dissecans, quos septem abominaciones sunt secute, tametsi voce submissâ et valdè gratiosè ubique videbantur loqui illius farinae homines, in malo corde dolos ponentes, quos argenteis labiis et sonoro ac elegantî sermone diù occultabant, ut sequitur: *Qui operit dolum fraudulenter.* In Hebræo est sermo vehementior, nam ponitur odium pro homine laborante odio, quò deceptio potest latere. Latuit aliquando odium quo laborant heretici contra fideles; latet, inquam, per deceptorum quâ utuntur, neque potest à singulis

deprehendi, nos ורע, quam Hieronymus *mentientia* vertit, nos *ardentia* sive *persequentia* labia vertere possumus, et *argentum scoriarum*, hoc est, plenum scoriis; ut vas fictile sub argento malo, sic cor malum sub labiis succendentibus, litem videlicet. Sunt qui *argentum scoriarum* purgatum à scoriâ intelligent, et *labia ardentia*, splendida et polita velut argentum; ut sit sensus: Sicut argentum purum obducitur super vas fictile, sic purus sermo et politus cordi malo; in utroque enim magna fraus est, et argentum purum non potest servare vas fictile quominus frangatur, neque blanda verba cor malum ab odio vel dolo; et hoc est quò sequitur: *Verbis suis noscitur inimicus*, vel, *qui odio habet;* q. d.: Quamvis cor malum blandè loquatur, tamen subinde prodit sese. Sicut vas fictile non potest sic tegi argento ut non deprehendatur; vel, ut vas fictile non minus est fragile quia tegitur argento; sic cor malum non minus struit dolos si blandè loquatur; denique potest similitudo sic explicari: Quemadmodum vas fictile argento lectum absconditur, ut quam vile sit scire nequeas, sic *ardentia* et splendida labia cor dolosum occultant. Et hoc est quò sequitur, juxta quorundam interpretationes. *Labiis suis extraneus erit inimicus*, vel *odio habens*, hoc est, amicitiam præ se ferens verbis odium occultat, et fraudem molitur. *Cum in corde suo tractaverit dolos*, ut vertit Hieronymus *in corde suo ponet dolum*. Duplex significatio verbi כח, scire et alienare, duplicem sensum versiculi gignit, ut dictum est, vel quòd labiis ostendit odium dolosè occultatum in corde, vel quòd labiis amicitiam præ se feret, cum odium in corde sternerit ac fixum haberit. Hæc posterior expositio est melior ac magis congruens cum his quæ sequuntur: *Quando submisit vocem, vel cum gratiosam fecerit vocem, aut cum oraverit.* Verbis eorum qui sunt hostes fidei nullo modo credendum est, quantumvis gratiosa sunt, vel quantumvis humilia et benigna; nam septem abominaciones sunt in corde hereticorum, ut qui septem Ecclesie sacramenta rejiciunt, et septem Spiritus charismatibus sunt destituti. Aben Ezra refert ad id quò scriptum est, Prov. 6: *Sex sunt quæ odii Domini, et septimum detestatur anima ejus*: nempe eum qui seminat inter fratres discordias, de quo crimine hoc in loco tractatur. Nos neminem putamus majores discordias inter fratres seminare posse, quam nostrâ ætate fecit Lutherus, unitatem fidei videlicet, qui in cæta fidei errores dissecans, quos septem abominaciones sunt secute, tametsi voce submissâ et valdè gratiosè ubique videbantur loqui illius farinae homines, in malo corde dolos ponentes, quos argenteis labiis et sonoro ac elegantî sermone diù occultabant, ut sequitur: *Qui operit dolum fraudulenter.* In Hebræo est sermo vehementior, nam ponitur odium pro homine laborante odio, quò deceptio potest latere. Latuit aliquando odium quo laborant heretici contra fideles; latet, inquam, per deceptorum quâ utuntur, neque potest à singulis

## CHAPITRE XXVII.

1. Ne vous glorifiez point pour le lendemain, parce que vous ignorez ce que doit produire le jour suivant.

2. Laudet te alienus, et non os tuum; extraneus, et non labia tua.
3. Grave est saxum, et onerosa arena; sed ira stulti utroque gravior.
4. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor; et impetum concitati ferre quis poterit?
5. Mellior est manifesta correptio, quam amor absconditus.
6. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.
7. Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.
8. Sic ut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.
9. Unguento et variis odoribus delectatur cor; et bonis amici consiliis anima dulcoratur.
10. Amicum tuum et amicum patris tui ne dimiseris, et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tue.
- Mellior est vicinus iuxta, quam frater procul.
11. Stude sapientio, fili mi, et fetifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.
12. Astatus videns malum, absconditus est; parvuli transeuntis sustinerunt dispendia.
13. Tolle vestimentum ejus qui spondit pro extraneo; et pro alienis, aufer ei pigros.
14. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte coasurgens, maledicenti similis erit.
15. Tecta perstillantia in die frigoris, et litigiosa mulier comparantur.
16. Qui retinet carnem, quasi qui ventum teneat, et oleum dextera sine vocabit.
17. Ferrum ferro exacutur, et homo exacut faciem amici sui.
18. Qui servat flevum, comedit fractus ejus; et qui custos est domini sui, glorificabitur.
19. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.
20. Infernus et perditio nunquam implentur, similiter et oculi hominum insatiabiles.
21. Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.
- Cor iniqui inquit mala; cor autem rectum inquit scientiam.
22. Si contuderis stultum in pilâ quasi pisanam, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.
23. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.
24. Non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.
25. Aperta sunt prata, et apparuerunt herbe viuentes, et collecta sunt foena de montibus.
26. Agni ad vestimentum tuum; et hœdi ad aprum tuum.
27. Sufficit tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tue, et ad victum ancillis tuis.

2. Qu'un autre vous loue, et non votre bouche; que ce soit un étranger, et non vos propres lèvres.
3. La pierre est lourde et le sable est pesant; mais la colère de l'insensé pèse encore plus que l'un et l'autre.
4. La colère et la fureur qui éclatent, sont sans miséricorde; mais qui pourra soutenir la violence d'un homme emporté.
5. La correction manifeste vaut mieux que l'amour secret.
6. Les blessures que fait celui qui aime, valent mieux que les baisers trompeurs de celui qui hait.
7. L'âme rassasiée foulera aux pieds le rayon de miel; et l'âme pressée de la faim trouvera même doux ce qui est amer.
8. Un homme qui abandonne son propre lieu, est comme un oiseau qui quitte son nid.
9. Le parfum et la variété des odeurs sont la joie du cœur; et les bons conseils d'un ami sont les délices de l'âme.
10. N'abandonnez point votre ami, ni l'ami de votre père; et n'entrez point dans la maison de votre frère au jour de votre affliction.
- Un voisin qui est proche, vaut mieux qu'un frère qui est éloigné.
11. Travaillez, mon fils, à acquérir la sagesse, et donnez la joie à mon cœur; afin que vous puissiez répondre à celui qui vous fera des reproches.
12. L'homme habile a vu le mal, et il s'est caché; les imprudents ont passé outre, et ils en ont souffert la perte.
13. Otez le vêtement de celui qui a répondu pour un étranger; et emportez les gages de chez lui pour les étrangers.
14. Celui qui se hâte dès le matin de louer son ami à haute voix, sera bientôt semblable à celui qui en dit du mal.
15. La femme querelleuse est semblable à un toit d'où l'eau dégoûte sans cesse pendant l'hiver.
16. Celui qui veut la retenir est comme s'il voulait arrêter le vent; et elle lui sera comme une huile qui s'écoule de sa main.
17. Le fer aiguise le fer, et la vue de l'ami excite l'ami.
18. Celui qui garde le figuier mangera de son fruit; et celui qui garde son seigneur sera élevé en gloire.
19. Comme on voit reluire dans l'eau le visage de ceux qui s'y regardent, ainsi les cœurs des hommes sont découverts aux hommes prudents.
20. L'enfer et l'abîme de perdition ne sont jamais rassasiés; ainsi les yeux des hommes sont insatiables.
21. Comme l'argent s'éprouve dans le creuset, et l'or dans le fourneau, ainsi l'homme est éprouvé par la bouche qui loue.
- (1) Le cœur du méchant recherche le mal, et le cœur droit cherche la science.
22. Quand vous pilerez l'imprudent dans un mortier comme on y bat du grain, en frappant dessus avec un pilon, vous ne lui ôterez pas son imprudence.
23. Remarquez avec soin l'état de vos brebis, et considérez vos troupeaux.
24. Car la puissance que vous avez ne durera pas toujours; mais la couronne que vous recevrez, sera stable dans tous les siècles des siècles.
25. Les prés sont ouverts; les herbes vertes ont paru, et l'on a recueilli le foin des montagnes.
26. Les agneaux sont pour vos vêtements, et les chevreaux pour le prix du champ.
27. Que le lait des chèvres vous suffise pour votre nourriture, pour ce qui est nécessaire à votre maison, et pour nourrir vos servantes.
- (1) Ce verset n'est pas l'hébreu, mais dans les Septante.

VERS. 4. — IRA NON HABET MISERICORDIAM, NEC ERUMPENS FUROR; ET IMPETUM CONCITATI SCRIBIT FERRE QUI POTERIT? HEBR.: *Crudelitas est in furore, ut impetus est in ira, et quis stultus coram insidiâ?*  
*Invidia Siculi non invenire tyranni  
Majus tormentum....*

Invidus est qui marcescit opimis rebus alienis. Olim admodum crudelis fuit Synagoga furor adversus Ecclesiam, tyrannorum impetus, maxima ira successus, quibus malis non solum restitit, sed crevit fides catholica; hæreticorum verò invidia majore difficultate sustinuit, ut puta quâ multæ florentissimæ regiones ab Ecclesiæ gremio sunt avulsæ. Alioqui juxta sensum historicum, facilius est ferre iram stulti, quamvis vel crudelitate vel impetu et violentiâ gravis, quam invidiam, quæ finem non novit neque modum; q. d.: *Expletâ crudelitate sua sedatur ira, et impetu sive inundatione furoris transeunt, paulatim refrigeratur.* Sed invidia nec sanguine quidem aut morte nunquam expletur aut placatur. Ostendit proverbium invidiam magis esse alienam à sapientia quam iram stulti, quæ vel lapidem vel arenam gravitate superat.

VERS. 5, 6. — MELIOR EST MANIFESTA CORRECTIO, QUAM AMOR ABSCONDITUS. MELIORA SUNT VULNERA DILIGENTIS, QUAM FRAUDULENTIA OSCULA ODIENTIS (1). HEBR.: *Fidelia sunt vulnera diligentis, et importuna oscula odio habentis.* Quam ingens malum invidia sit, ex amoris magnitudine satis apparet, cuius tanta virtus est ut omnia efficiat amena; quicquid enim facit amor, gratum est et utile, quantumvis aliquo molestum sit quod agitur; contra, quæ sunt amensissima, si ex invidia procedant, sunt molesta. Quid enim molestius juvenibus quam corripri et castigari? et qui dulcis quam osculis et amplexibus recipi? Tamen oscula habentis odio dura sunt et gravia, cujusmodi erat Judæ, qui Filium hominis osculo tradidit. Cujusmodi erat Joab, qui dixit ad Amasam, 2 Reg. 20: *Salve, mi frater, et tenens manum dextrâ meum Amasæ, quasi osculum cum, percussit in latere, et effudit intestina ejus in terram.* Contra, vulnera amantis sunt fidelia; hoc est, qui amat corrigendo vel castigando quàmlibet duriter, et vel vulnera videatur infligere, tamen ferit et te committere illi poteris. Chaldeus מַלְּכָה *fidelia*, interpretatur *pulchra*; vel, *placida sunt magis vulnera amantis, cuius omnia placent, quam oscula habentis odio, cuius nihil placet.* Quod ad sensum prioris versiculi spectat: *Mellior est manifesta correptio, hoc est: Plus proderit quam sic indulgeret diligere ut dimoneret non audeas.* Aben Ezra hunc sensum efficit, nempe ut confutator correptio manifestam cum correptione occultâ, et asserit illam esse meliorem, si modo utraque ab amore procedat, efficacior esse manifestam; et locus non est dissimilis illi ex Evangelio, Matth. 18: *Si peccaverit in te frater tuus, credens cum inter te et ipsum, etc.* Constat correptionem in propatulo et testibus presentibus factam, longè

(1) Quidam reddunt *multa, copiosa*, nempe ut dissimulet odium multiplicat oscula. Alii *deprecanda, precibus attendenda*, quia scilicet sunt infida. (Grotius.)

VERS. 4, 2. — NE GLORIERIS IN CRASTINUM, IGNORANS QUID SUPERVENTURA PARIAT DIES. LAUDET TE ALIENUS, ET NON OS TUUM; EXTRANEUS, ET NON LABIA TUA. *Per crastinum diem futurum tempus intelligimus, quo, cum sit incertum quid acturi simus, gloriari de his quæ facturi sumus prohibemur; et de operibus virtutum sive quibuscumque artium muneribus et functionibus videtur intelligendum.* Et Jacobus ex hoc loco transtulit, ni fallor, quod scribit, cap. 4: *Hodie aut crastinò ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino; quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.* Cum ob brevitate, tum ob incertitudinem humane vite, nemo debet *gloriari*, neque se jactare de iis quæ facturus est; imò in presenti bene vivendum est, in presenti agenda est penitentia pro peccatis: hodie surgendum à somno peccati, hora est jam nos de somno surgere, Rom. 15. *Hodie properandum est in occursum sponsi, propterea quod nescimus neque diem neque horam.* — *Nesciens quid paritura sit dies.* Longius petiâ metaphorâ, sed elegantissimâ, tempori tribuit partem; sic Paulus: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt;* tempori videlicet adscribens ea quæ fiunt in tempore. Non est dissimile et quod est in Evangelio: *Notite esse solliciti in crastinum.* Utrobique monemur fragilitatis humane, quæ de futuro nec cruciari debet, nec jactare sese; nam qualis es, non qualis tuâ opinione futurus es, apud Deum judicaris, hoc est, secundum presentem justitiam. Sed, inquis, gloriabor et ostentabo me de justitiâ quam nunc facio; minime; *laudat te alienus.* Sordeat enim laus in ore proprio. Veri potest per futurum, et erit sensus: Non est quod de laude et gloriâ sis sollicitus; tantum studiosè secundum præscriptum sapientie vivio, et non deerm tu qui laudes tuas celebrant; qui tibi sunt extranei et alienissimi cogentur vel inviti famam decantare tuam. Ut umbram corpus, sic virtutem quocumque in loco apud quascumque gentes gloria sequitur; tantum stude in presenti bene vivere, et laude non carebis. Ideo de futurâ actione non es securus, ita neque gloriam de eo quod facturus es expectare debes.

VERS. 5. — GRAVE EST SAXUM, ET ONEROSA ARENA, SED IRA STULTI UTRIQUE EST GRAVIOR. *Stultus*, hoc est, malus et à sapientia alienus, irascitur cum iis quibus sua stultitia displicet, qui illius stultitiam vituperant; si de stultitiâ suâ laudem non reportaverit, irascitur; quod omninò est intolerabile. *Lapis* cui magna est gravitas, et *arena* cui pondus ingens, portari possunt, de loco in locum transferri possunt, vel viribus humanis, vel ingenio, omnia quàmlibet ponderosa transferri possunt, verùm *ira stulti* non potest ferri. Aliter, intelligimus *iram stulti* sapientibus esse onus intolerabile, vel *iram stulti* non posse amoveri ab homine stulto; vel denique stultum hominem non posse suam iram nec ferre nec moderari. Lectoris judicium esto. Juxta postremam intelligentiam exemplum habemus ex Nabal, qui stultâ indignatione mortuus est.

esse duriorum quam illa quam secretò fit, sed minus est nonnquam efficac. A patre et à charis amicis omnia suscinere, sive verba sive plagas, cum ex amore proficiantur, debent juvenes, si velint aliquando ad sapientiam pervenire.

VERS. 7.—ANIMA SATURATA CALCABIT FAVUM, ET ANIMA ESURIENS ETIAM AMARUM PRO DELICI SUMET. Docet proverbium quæ sunt in hæc vitâ, pro desiderio et appetitu humano astimari, quemadmodum quotidianâ discimus experiëntiâ, rerum omnium esse satietatem. Melle nihil est dulcius, præsertim recente adhuc in favis; et tamen qui jam satur est minime curat favum. *Calcabit* dixit hyperbolicè, pro *rejecit, fastidit*. Per *saturam* et *fanellam*, cujusque rei desiderium et saturitatem intelligimus. Quemadmodum desiderium cibi, quod omnium est maxime naturale, ut puta sine quo vivere non possumus, fines suos habet et suis limitibus coercetur, neque in immensum progreditur; ita pecunie, honoris et aliorum id genus honorum corruptibilitatem modum ponere, juxta nature necessitatem, hoc in loco docemur; et neque creaturas Dei contemnere, quas ad sustentationem hujus vite nobis largitus est Deus, neque res caducas et hujus vite voluptates (quæ res sunt amare istis qui celestis sapientiâ sunt imbuti) virtutibus anime et rebus celestibus antepone-re, hoc est, amarum pro dulci appetere, cum quis insatiabilis fame terrenarum rerum laborat.

VERS. 8.—SICUT AVIS TRANSMIGRANS DE NIDO SUO, SIC VIR QUI RELINQUIT LOCUM SUUM. Hebr.: *Sicut avis vagatur (vel aufugit) de nido suo, sic vir vagatur de loco. Avis vagatur de nido, relictiis pullis, ut cibum querat; et ter similiter ad acquirendum quæ vite sunt necessaria, relictiis parentibus et charis amicis, juxta illud quod scribitur, Job. 5: *U avis ad volandum, sic homo ad laborem natus est*. Et sensus pendet ex priore clausula, quæ dictum est: *Anima esuriens amarum habet pro dulci, id quod ne fiat, et ne quis ad tantum redigatur indigentiam, hortatur ut avicularum exemplo relictiis adibus et familiâ paternâ, potius victum querat inter ignotos, quam inter suos domi otio torpescat, et fame laboret*. Proverbium nos admonet peregrinationis nostre quam agimus super terram, quod *civitatem manendi non habemus*, neque vicium sine labore. Et proinde ut *anima saturata quæ fatum conculat*, hoc est, dives cui nihil deest, gloriari non debet, ignorans quid dies crastina paritura sit, et incertus si de loco migrare debeat; sic anima esuriens consolationem accipiat, sciens nihil sibi defuturum si studiosè victum querat avicularum more, quæ manè egredimtur de nido, et dum hæc atque illuc vagantur, Deus pascit illas. *Vir qui vagatur de loco suo est omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen Christi*, Matth. 19.*

VERS. 9.—UNGUENTO ET VARIIS ODOBIBUS DELECTATUR COR; ET BONIS AMICI CONSILIIS ANIMA DELCORATUR. Hebr.: *Unguentum et suffimentum lætificabit cor, et dulcis est amicus sagis quam consilium anime*. Sunt quedam supplenda ad sensum perfectum, ad hunc modum: *Et dulcè consiliū amici sui, supple, lætificabit homi-*

*nem, magis quàm consilium anime suæ, hoc est, quàm consilium proprium*. Metaphoricè dixit *sualetas consilii, sive dulce consilium*, pro *fidei et amico*. Magna delectatio sumitur ex rebus odoriferis, et unguento quod extrinsecus applicatur corpori, major quam ex vino vel esculentis, quæ in ipsa viscera trahuntur, quod cætere voluptates statim evanescent; et unguento autem et suffitu quàm diutissimè durat gratias odor, qui subinde lætificat animam. Haud aliter consilium quod quisque sibi capit in rebus agendis, non tantum placet, neque ferè tam utile est, ut illud quod ex fido capit amico; nos affectibus obnoxii cæcætimus, neque rationem liberè possumus deducere in iis rebus quæ ad nos propriè spectant. Consilium fidelis amici semper recens et suave magnam amicitiam affert, præsertim talium amicorum de quibus scriptum est: *Christi bonus odor sumus*, 2 Cor. 5; quorum consilium *fidelis est odor vite in vitam, infidelibus verò odor mortis in mortem*.

VERS. 10.—AMICUM TUUM ET AMICUM PATRIS TUI NE DIMISERIS, ET DOMUM FRATRIS TUI NE INGRESSARIS IN DIE AFFLICTIONIS TUE (VEL CONTRITIONIS.) MELIOR EST VICINUS JUXTA, QUAM FRATER PROCL. In Hebræo est unus versiculus qui docet cujus potissimum amici consilium sequi debeamus, et quas vices amico rependere. *Amicum tuum et amicum patris tui*. Apud alium sapientem simile aliquid legimus, Eccles. 9: *Ne derelinquas amicum antiquum; vinum novum, amicum novum, veterascent, et cum suavitate bibes illud*. Hic est cujus experientium habes, qui et patri tuo et tibi fidelis inventus est. Nam neque utile neque honestum est sæpè mutare amicos, pluribus autem familiariter uti vi possumus. Et proinde egregium sapientis præceptum, ne quis derelinquat amicum cordatum, qui et nobis et majoribus nostris benevolentiam et fidelitatem ostenderit; illius consilio veluti fragrantia odoramentorum lætificabit cor. Ex quo igitur jucundam suavitatem acceperis, cave ne molestiam inferas, juxta id quod sequitur: *Et domum fratris tui ne ingrediaris in tempore contritionis tue*. Vel *fratrem vel charum intelligimus amicum*, quem fratris loco habemus, ut puta et noster et paternus amicus, quem nimium molestare à sapientiâ est alienum. In rebus quæ sub deliberationem cadunt dulce est consilium amici; rebus verò desperatis, et ad extremam miseriam delatis, consilii locus esse non potest. Et proinde noli tuo seu fratri seu amico nimium esse molestus, in die afflictionis tue, illius redes ingressus, et illius oculis tuam miseriam agere, et pro jucunditate quam ab illo soles accipere tristitiam rependere. Alii volunt referre hæc verba: *Ne ingrediaris domum fratris tui, ad sequentem clausulam, nempe melior est vicinus propinquus; et sensus erit hujusmodi: In magnâ afflictione non adibus amico fratris tui, sed amici vicini, q. d.: Poteris amico magis fidere quàm fratri, ut superius legimus: *Frater omnes pauperis oderunt eum*. Et vicinum qui propè est intelligimus non tam loco quàm amore propinquum et affectu; quamvis locus et quotidiana amicorum officia plurimum juvant ad necessitatem contrahendam.*

Denique proverbium non est diversum ab illo Hesiodi:

*Τὸ γὰρ εὐχόμενόν ἐστι βέλτερον ἀλλὰ καὶ ἔργον ἔχει  
Τὸ δὲ ἀδίκου κακίον ἔργον ἄλλοι ἔργον ἔχει.  
Ἐὶ γὰρ οὐ καὶ γὰρ ἔργον ἔχει ἄλλοι ἔργον.  
Πεποιθὸς ἔσται ἔργον, ἔσται δὲ κακὸν.*

VERS. 11.—STUDE SAPIENTIE, FILII MI, ET LÆTIFICA COR MEUM, UT POSSIS EXPROBRANTI RESPONDERE VERBUM. Hebr.: *Sapienter esto, fili mi, et lætifica cor meum, et respondebo tuis, qui probris me efficiant, verbum*. Quante lætitiæ patri sit filius sapiens, non semel dictum est. Hoc in loco et lætitiæ et honorem ex sapienti filio capere patrem ostendit, et ignominiam ex stulto; et interim documentum juvenibus datur ut sapientiam amplectantur, stultitiam et insaniam juvenem deponant, scientes hæc re nihil charius esse posse parentibus. *Respondebo exprobrantibus*. His qui te probro afficiant, quod sapientiæ paternæ et virtutibus non respondeas; vel his qui me probro afficiant, quod filios non rectè noverim educare et instituire. *Aliter: Esto sapiens, fili mi, et ex tua sapientiâ duplex commodum accipiam, magnam videlicet cordis lætitiæ, et à calumniis defensionem*. Per te enim et tuam sapientiam respondebo calumniatoribus qui me volunt vel damno vel opprobrio afficere. *Respondebo verbum*, hoc est, rationem reddam per tuam sapientiam, q. d.: Patri jam ad senium vergenti æquum est ut filius adsit, et in rebus agendis opem ferat.

VERS. 12.—ASTUTES VIDENS MALUM, ABSCONDITUS EST; PARVULI TRANSEUNTES SUSCINCENT DISPENDIA, VEL PUNITI SUNT. Prævidere mala quæ solent accidere in civitate, famis videlicet vel gladii, aut quodcumque genus miseriæ et afflictionis, prudens est et hominis experti ac sagaci; qui ex his quæ fiunt, vel populi vel principum stultitiâ, colligere quodammodò et divinare solet quæ futura sunt. *INTE*, qui simplices sunt vel imperiti (quæ vox ferè in malam partem accipitur) temporum vices distinguere nequeunt, neque mala prævidere priusquam veniant, hi in magnas nonnquam calamitates incidunt. Versiculus quadrat cum eo quod scriptum est superius: *Stultus transiit et confidit*. Verè sapiens et astutus dici potest qui videt quanta tormenta parata sint peccatoribus, et sese abscondit in foraminibus petrae, dextera Dei protectus, donec transeat gloria Domini, Exod. 35.

VERS. 13, 14.—TOLLE VESTIMENTUM EJUS QUI SPONDIT PRO EXTRANEO; ET PRO ALIENIS AUFER EI PIGNUS (Hebr.: *Tolle vestimentum ejus, quia fidejussit pro extraneo, et pro extraneo pignus ejus*.) QUI BENEDICIT PROXIMO SVO VOCE GRANDI, DE NOCTE CONSURIENS Maledicenti similis est. Hebr.: *Maledictio reputabitur ei*. Hos duos versiculos connectit Aben Ezra ad hunc modum, ut idem intelligas, qui spondit pro extraneo, et qui miris ac publicis laudibus amicum suum extollit, quasi blanditiis cuperet placare eum qui vestem suam auferit in pignus. De prudentiâ quam habere debet vir sapiens in contractibus cum alienis, superius multa dicta sunt, partim cap. 6, partim 17, hujus. Quod ad præsentem locum spectat, ambiguum est anod He-

braeos, et verè potest: *Cape vestem ejus quando fidejussit extraneus, vel ab eo qui fidejussit pro extraneo*. Posterioriorem versionem sequuntur fere interpretes. Vult sapiens suum filium esse securum in contractibus, et potius vestem sponsoris accipere, si pignus aliud non præbeat, potius, inquam, quam lites sequi. *Aliter, alienus est infidelis, et diversæ religionis cultor, cui non oportet fidere; quòd si quis imprudens pro infideli suam fidem velit interponere, neque is fide dignus est; quare ab eo potius vestem capere, vel quicquid habet suis usibus maxime necessarium, quàm ei fidere qui apud extraneum suam collocavit fidem*. Vestis cultus est externus et ritus, qui ab idololatriæ penitus detrahendus est cum ad fidem accedunt; vel fucata Judæorum superstitione, quam deponant oportet ut nudi ad Christum perveniant. Superius per vestem carnem et externum hominem volumus intelligere, qui spoliandus est cum acibus suis ab his qui renuntiant mundo et pompis ejus. *Qui benedicit proximo suo voce magna*. Superius de fido dictum est amico, cujus consilium est admodum amicum; hic de fucato, qui sic laudat amicum ut præstiorit vituperari. Nam tempus et locum habent omnia. Coram et in os laudare, non amicum, sed parasitiorum est. Tempus matutinum non humanis, sed divinis laudibus dicatum est. Sensus est igitur duplex hujus loci, *maledictio reputabitur ei qui magis et prius, hoc est, magis studet humanis quàm divinis laudibus, et magis sedulo versatur in gratiarum actione de beneficiis quæ ab hominibus accipit, quàm de his quæ accipit à Deo*. *Aliter: Maledictio reputabitur, et vituperium adulatione amicorum importuna; quæ duntaxat ostentationem habet fucate amicitie, cum reliqua non respondent officia, per vocem magnam amicum ore tenis intelligimus, qui multa promittit et pauca præstat. Manè surgens, hoc est, intempestivus, qui non servat circumstantias illas, in omnium virtutum officii necessarias, nempe quando oportet, et quantum oportet, etc.*

VERS. 15.—TECTA PERSTILLANTIA IN DIE FRIGORIS, ET LITIGIOSA MULIER COMPARATUR. Hebr.: *Sillatio assidua in die pluvie, et mulier litigiosa æqualis est, hoc est, utrumque perinde molestum est*. In tempore pluvie qui in sedibus habet distillationem continuam, neque domi commode, neque foris potest manere; sic qui uxorem habet in sedibus secum litigantem, similem habet molestiam. Superius, cap. 16, habes hunc versiculum copiosius explicatum.

VERS. 16.—QUI RETINET RAM, QUASI QUI VENTUM RETINEAT, ET OLEUM DEXTERÆ SUE EVACUAT. Hebr.: *Qui abscondit eam, abscondit ventum, et oleum dexterae sue vacabit*. Duabus similitudinibus, alterâ clarâ, alterâ obscurâ, ostendit pejorem conditionem esse illum qui mulierem sive uxorem habet litigiosam, quàm illum qui habet perpetuam in adibus distillationem in tempore pluvie, quòd illius mali nullum possit adhiberi remedium. Nam quæ mulierem clamosam et litigiosam constanter cohæret, aut illi silentium imponere, perinde facit ac si quis velit ventum occultare et retinere, qui per rimas erumpit. Sicut rixæ malæ uxoris non possunt intra

parietes occultari, sed foras diffundit clamor, sic si quis oleum myrrhæ in dextera sua tenere velit. In Hebr. : *Clamabit oleum*, metaphorice dixit, pro, fragrantiam suam foras emittit, ostendens odore quid in dextera habeas occultatum. Sic mulier in ædibus inclusa latere non vult, clamoribus toti vicinio manifestans rixas quas domi cum marito excitat. *Clamabit ad oleum refert*, alludens ad mulieris jurgia. Sunt qui primam similitudinem de vento transferant ad mulierem litigiosam et adulteram, quam maritus non potest retinere domi, non magis quam ventum palmam includere.

VERS. 17. — FERRUM FERRO ACUITUR, ET HOMO ACUTI FACIEM AMICI SUI. Per ferrum, ensem bene intelligit aliqui, seu quodcumque instrumentum ex ferro. Et remedium præbet proverbium contra mulierem rixosam que abscondi non potest, neque vult tacere: nempe dare locum ire, et molliter respondere. Nam *responsio mollis fragit iram*, Sap. 13; alioqui unius ira alterius indignatione succenditur, ut ferrum quod durum est acumen accipit ex ferro. Sunt qui non ad iracundiam solum referunt, sed ad alios quoscumque motus seu affectiones; et erit sensus in bonam partem: Sicut *ferrum ferro acuitur*, sic *vir exacuet et inciliabit faciem proximi sui ad sapientiam*, seu ad stultitiam; facile enim induunt juvenes mores eorum quibuscum vivunt, et eorum exempla vident.

VERS. 18. — QUI SERVAT FIGUM, COMEDIT FRUCTUS EJUS; ET QUI CUSTOS EST DOMINI SUI, GLORIFICABITUR. Ficum contulit dominum sive herum alicujus servi potius quam alii arboribus, partim ob suavitatem fructus, partim ob novitatem et vicissitudinem; non enim ut aliarum arborum una maturescunt fici, sed maturis decerpitis subinde renascuntur alie recentiores; et subandimus, qui servat ficum, recentes fructus illius subinde comedit; sic qui servat dominum, hoc est, obtemperat domino, neque exacuet faciem illius, ut *ferrum ferro acuitur*, hoc est, provocat ad iram, subinde novos et novos honores ab eo consequetur. *Servat dominum*, hoc est, præcepta et voluntatem domini; non qui servat ficum legis Mosæicæ, que folia tantum habebat, non fructus, Matth. 21, sed illam diu sterilem, circa cujus radices stercorea misit agricola, Luc. 13, ut morificata quod debita cultura esset destituta, fossione et stercoreatione, hoc est, humilitate confessionis propria fragilitatis, reviviscat, et suavissimos fructus spiritus adferat, de quibus Paulus, Galat. 5: *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, etc.*

VERS. 19. — QUEMADMODUM IN AQUIS RESPLENDENT VULTUS PROSPICIENTIUM, SIC CORDA HOMINUM MANIFESTA SUNT PRUDENTIBUS. Hebr. : *Sicut aquæ facies ad faciem, sic cor hominis ad hominem*. Interpretes de suo addens hanc vocem Latinam *prudentibus*, sensum unum manifestavit, nempe sapientes facillime discernere mores et ingenia hominum, et clarè de illis judicare. Aben Ezra longe alium sensum est assecutus, iuxta veritatem Hebræam, sed multa supplendo ad hunc modum: *Sicut aquæ crescunt superveniuntibus*

*aquis, et facies per facies, hoc est, ira unius crescit per iram alterius, ut dictum est; sic etiam cor hominis repletur malis, propter cor alterius hominis qui eum odio prosequitur*. Sic ille. Levi verò sequitur sensum non multum alienum ab eo quem reddidit noster interpret, nempe: *Quemadmodum in aquis vultus hominis respicit, ut videatur facies in aquâ respondere faciei hominis qui in aquam intuetur; sic cor hominis ad hominem, hoc est, homo seipsum intuebitur reversus ad cor suum, quod homini est pro speculo, sive pro aquâ limpida quæ seipsum intuetur, ut ait Paulus, 1 Cor. 2: Quis enim hominum scit que sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Alioqui varius est hujus loci sensus, et variis modis similitudinem deflectent interpretes in commentariis Hebr. Aliisic: *Ut aqua reddat diversas facies hominum, sic alia sunt diversorum hominum corda; vel, ut aqua representat vultum quem in se non habet, atque ita fallit imprudentes et pueros, qui omnino putant esse vultum hominis in aquâ: sic cor unius hominis amicitiam dissimulans et præ se ferens quam in se non habet, hominem fallit*. Alter: *Ut in aquâ facies respondet faciei, sic cor hominis unius respondet cordi alterius; hoc est: Præsum est cor uniuscujusque hominis et inscrutabile, priusquam gratiâ illuminetur*.*

VERS. 20. — INFERNUS ET PERDITIO NUMQUAM IMPLENTUR, SIMILITER ET OCULI HOMINUM INSATIABILES.  $\text{לֹא יִמְלֵךְ הַיָּם$  infernus, vel potius sepulchrum, juxta Hebr., qui gehennam intelligunt sub hac voce,  $\text{יָם הַיָּם}$  perditio; que due res, ut nunquam satiantur, ita neque oculi hominum rebus terrenis. *Insatiabilem cordis appetitum transtulit ad oculos, eò quod oculi potissimum ad sensum internum rerum simulacra transportant*. Quadrat sensus cum eo quod scribitur: *Infernus et perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum? Quamvis utrumque insatiabile et inscrutabile, tamen Dominum latere non possunt; et pendet ex priore versiculo, juxta Aben Ezram. Ponas minatus his quorum corda sunt mala, sepulchri et perditionis facit mentionem, ut cupiditatibus mundanis modum aliquando ponamus, ne insatiabiles cordis oculi ab inferno insatiabili absorbentur*.

VERS. 21, 22. — QUOMODO PROBATUR IN CONFILATORIO ARGENTUM, ET IN FURNACE AURUM, SIC PROBATUR HOMO ORE LAUDANTIS. SI CONTUDERIS STULTUM IN PILA, QUASI PISANAS FERIENTE DESUPER PILO, NON AUFERETUR AB EO STULTITIA EJUS. Hebr. : *Si contuderis stultum in mortario, in medio tritici contusi cum pistillo, non recedet ab eo stultitia ejus*. Docet stultos homines esse incorrigibiles, et alii rebus esse instrumenta quibus purgari possunt, ut *argentum confilatorio et aurum fornace purgantur*. Et unumquemque virum purgat sive probat os laudantis eum; q. d. : Laus que tribuitur homini, purgat eum à crimine, saltem judicio et testimonio illius qui laudat, sicut confilatorio purgat argentum à scorâ. Alii  $\text{וְנֹא}$  non pro *vir*, sed pro *re* quilibet accipiunt; sic res quælibet purgat iuxta laudem suam, hoc est, dispositionem et facultatem laudabilem. Sed hi sensum proverbii tollunt; utcum-

que, observandum est vocem Hebræam כֹּהֵל particeps non esse, ut interpret verit, sed nomen verbale, juxta D. Kimhi in libro Radicum. A quo miror dissentire Sancten Paganinum, qui et ipse verit, os laudantis, quamvis in suo Thesaurò rectius, nempe *vir juxta laudem suam*. Auctor verò Tigurinae versionis imperitiam suam in Hebræa grammaticâ passim ostendit. *Si contuderis stultum in pila*. Vox Hebræa כֹּהֵל à contudendo dicitur, significans mortarium, seu vas quodcumque quo res contuduntur. Inter *pisanas*. Vox Hebræa כֹּהֵל vel hordeum ex quo pisanas conficiunt, vel juxta D. Kimhi, triticum contusum significat. Sensus proverbii est, ut diximus, omnia purgari posse, quedam facilius, quedam difficilius. Ceterum à stulto stultitia sua auferri non potest, nullâ neque arte neque labore. Maxima fatigatione contudunt triticum, sive far, ut mundum fiat, purgatur tamen tandem. Stultus qui à sapientia est alienus, seu Judæus, seu infidelis aut hæreticus, nullo labore, nullâ penatâ percussione sapere vult ea que sunt Dei, ut inquit Jeremias, c. 15. *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere cum didiceritis malè*.

VERS. 23, 24, 25, 26, 27. — DILIGENTER AGNOSCE VULTUM PECORIS TUI, TUSQUE GREGES CONSIDERA. NON ENIM HABEBIS JUGITER POTESTATEM, SED CORONA TRIBUETUR TIBI IN GENERATIONE ET GENERATIONEM. (Hebr. : *Nam non in seculum divitior, et si corona in generatione generationis*.) APERTA SUNT PRATA, ET APPARUERUNT HERBE VIRENTES, ET COLLECTA SUNT PUNA DE MONTIBUS. (Hebr. : *Apparuit herba, et videtur gramen, et colligitur herba montium*.) AGNI SUNT AD VESTIMENTUM TUUM, ET HODIAD AGRI PRETIUM. (Hebr. : *Ovis ad indumenta tua, et pretium agri sunt hirci*.) SUFFICIAT TIBI LAC CAPRARUM IN CIBOS TUOS ET IN NECESSARIA DOMUS TUE ET AD VICTUM ANGLIIS TUIS. Quod ad sensum historicum spectat, non est in his quinque versiculis magna difficultas, ob magnam utilitatem que ex pecoribus provenit, et ob honestatem vite pastoralis, quam olim cum laude patriarche frequentabant. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui*. Hebr. : *Cognoscendo cognosce*, hoc est, ut ipse curam habe pecoris tui et animum ad pastorem vitam applica, que et utilissima est, et usque adeò honesta ut vel cum coronâ regni conferri mereatur, præsertim quod ad stabilitatem et diuturnitatem spectat, juxta id quod sequitur: *Nam non in æternam opes, supple durabunt*; q. d. : Noli fidere divitiis reconditis à majoribus tuis, quasi sufficerent tibi absque quocumque labore; imò curam habe pecoris, et pascere gregem, cujus lucrum stabilis est quam the-

## CAPUT XXVIII.

1. Fugit impius, nemine persequente; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.
2. Propter peccata terre multi principes ejus; et propter hominis sapientiam, et horum scientiam que dicuntur, vita ducis longior erit.
3. Vir pauper calumniis pauperes, similis est imbrui vehementi, in quo paratur fames.

saurus reconditus; hoc enim proprie significat vox Hebræa כֹּהֵל, et stabilis quam regnum. Sic enim *coronam* interpretatur Hebræi, ut utraque clausula ad laudem pastolaris vite referatur, ut puta quæ exereuerunt patriarche, vel cum regibus celebritate et rebus conferendi. Que sequuntur ad felicitatem vite pastoralis attinent. *Aperta sunt prata*, q. d. : Ubique reperitur gramina, et nusquam non videntur. Herbe colliguntur ex montibus; reponitur fœnum in tempus hybernium, in quo fortassis gramina non inveniuntur. Porro quod ad sufficientiam hujus pastoralis vite, et etiam ad necessitatem spectat, sequitur: *Agni tui (sive oves) ad vestimentum tuum*, q. d. : Omnia familie tue necessaria grex subministrat; habes lanam ovium pro indumentis, et pretium hedorum sive hircorum (ut est in Hebr.) ad agros comparandos, si desunt herbe, vel ad fructus agri comparandos, præsertim triticum; q. d. : Si cum curâ pascas gregem, non erit necesse agros colere, nam pretio hircorum fructum agrorum poteris comparare; vel pretium agri, pretium locati fundi tui in quo habitas, poteris, venditis hœdis, persolvere. Denique, quod ad victum spectat, *sufficiat tibi lac caprarum*; tibi, inquam, et universæ familie; et hæc spectat totus hic sermo Sapientis de ovibus et capris, ut monet nos nature legibus vivere, et habentes victum et vestitum, his contenti simus. Monet denique sapientis viri non esse ad aulicum aspirare fastum, nec mercatorum inexplabilem sectari avaritiam, sed humilium vivendi institutum et orationem, cujusmodi est pastoralis, ab Abele primò, post ab aliis magnis viris honestatum, maximoperè eligendum. Hujus loci elegantissima est allegoria, non minus eleganter à Bedâ explicata, nempe de grege Dominico, cujus vultum cognoscere debent diligenter qui curam habent pastorem, et totum studium in id muneris collocare, expectantes premium, non temporales et caducas divitias, nec regnum in hoc mundo, sed coronam justitiæ, quam reddet Dominus. Nam quod ad subsidia temporalia spectat, que veluti germen et herba sunt æstimanda, ubique patent et obvia sunt preparata à Domino et collecta velut gramina ex montibus colliguntur pecoribus; sic Dominus suis tam ovibus quam pastoribus pabulum parat, ut scriptum est Matth. 5: *Primum querite regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adficientur vobis*. Aliter, in agris divinarum Scripturarum ubique patent gramina, et collecta sunt ex prophetis et apostolis qui, tanquam montes, excellentiores ceteris fuerunt virtutibus et perfectione vite.

## CHAPITRE XXVIII.

1. Le méchant fait sans être poursuivi de personnes; mais le juste est hardi comme un lion, et ne craint rien.
2. Les princes se multiplient, à cause des péchés du peuple; mais lorsqu'il y a un prince intelligent et instruit de ce qui est juste, il jouira d'un long règne.
3. Le pauvre qui opprime les pauvres, est semblable à une pluie violente qui apporte la famine.

4. Qui derelinquunt legem, laudant impium; qui custodiunt, succeduntur contra eum.
5. Viri mali non cogitant iudicium; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.
6. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus.
7. Qui custodit legem, filius sapiens est; qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.
8. Qui coarcevat divitias usuris et fœnore, liberali in pauperes congregat eas.
9. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.
10. Qui decipit justos in viâ malâ, in interitu suo corruet; et simplices possidebunt bona ejus.
11. Sapiens sibi videtur vir dives; pauper autem prudens scrutabitur eum.
12. In exultatione justorum multa gloria est; re-gnantibus illius ruina hominum.
13. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur.
14. Beatus homo qui semper est pavidus; qui verò mentis est dura, corruet in malum.
15. Leo rugiens, et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.
16. Dux indigens prudentiâ, multos opprimet per calumniam; qui autem odit avaritiâ, longi fient dies ejus.
17. Hominem qui calumniatur animâ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet.
18. Qui ambulat simpliciter, salvus erit; qui per-versus graditur viis, concidet semel.
19. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem sectatur otium, replebitur egestate.
20. Vir fidelis multum laudabitur; qui autem festinat ditari, non erit innocens.
21. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefa-cit; iste et pro buccellâ panis deserit veritatem.
22. Vir qui festinat ditari, et aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei.
23. Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quàm illo qui per linguam blandimenta decipit.
24. Qui subtrahit aliquid à patre suo, et à matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.
25. Qui se jactat et dilatât, jurgia conceitat; qui verò sperat in Domino, sanabitur.
26. Qui confidit in corde suo, stultus est; qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.
27. Qui dat pauperi, non indigebit; qui despiciit deprecantem, sustinebit penuriam.
28. Cum surrexerint impii, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur justî.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FUGIT IMPIUS NEMINE PERSEQUENTE (1);

(1) Peccati rea conscientia timida res est: semper crimen consequitur sollicitudo et anxietas; quin et severissimus ulior Deus occultum quandam terrorem

4. Ceux qui abandonnent la loi de Dieu, louent le méchant; ceux qui la gardent s'irritent contre lui.
5. Les méchants ne pensent point à ce qui est juste; mais ceux qui recherchent le Seigneur, prennent garde à tout.
6. Le pauvre qui marche dans sa simplicité, vaut mieux que le riche qui va dans des chemins pervas.
7. Celui qui garde la loi, est un enfant sage; mais celui qui se lie avec des gens de bonne chère, couvre son père de confusion.
8. Celui qui amasse de grandes richesses par des usures et des intérêts, les amasse pour un homme qui sera libéral envers les pauvres.
9. Quiconque détourne l'oreille pour ne point écouter la loi de Dieu, sa prière même sera exécration.
10. Celui qui séduit les justes, en les poussant dans une mauvaise voie, tombera lui-même dans la fosse qu'il avait creusée; et les simples posséderont ses biens.
11. L'homme riche se croit sage; mais le pauvre qui est prudent, le sondera.
12. La prospérité des justes est accompagnée d'une grande gloire; mais le règne des méchants est la ruine des hommes.
13. Celui qui cache ses crimes, ne réussira point; mais celui qui les confesse, et qui s'en retire, obtiendra miséricorde.
14. Heureux l'homme qui est toujours dans la crainte; mais celui qui a le cœur dur, tombera dans le mal.
15. Un méchant prince est, au peuple pauvre, un lion rugissant, et un ours affamé.
16. Un prince imprudent opprime plusieurs personnes par ses violences; mais celui qui hait l'avarice, prolongera les jours de sa vie.
17. Quand le mécurier du sang innocent ira se jeter dans la fosse, personne ne le retiendrait.
18. Celui qui va simplement sera sauvé; celui qui marche par des voies corrompues, tombera sans ressource.
19. Celui qui labore sa terre, sera rassasié de pain; mais celui qui aime l'oisiveté, sera dans une profonde indigence.
20. L'homme fidèle sera comblé de bénédictions; mais celui qui se hâte de s'enrichir, ne sera pas innocent.
21. Celui qui, en jugeant, a égard à la personne, ne fait pas bien; et un tel homme, pour une bouchée de pain, abandonnera la vérité.
22. Un homme qui se hâte de s'enrichir, et qui porte envie aux autres, ne sait pas qu'il se trouvera surpris tout d'un coup par la pauvreté.
23. Celui qui reprend un homme, trouvera grâce ensuite auprès de lui, plutôt que celui qui le trompe par des paroles flatteuses.
24. Celui qui vole son père et sa mère, et qui dit que ce n'est pas un péché, a part au crime des homicides.
25. Celui qui se vante, et qui s'enfle d'orgueil, excite des querelles; mais celui qui espère dans le Seigneur, sera guéri.
26. Celui qui se confie en son cœur, est un insensé; mais celui qui marche sagement, se sauvera.
27. Celui qui donne au pauvre, n'aura besoin de rien; mais celui qui le méprise lorsqu'il le prie, tombera lui-même dans la pauvreté.
28. Quand les méchants seront élevés, les hommes se cacheront; quand ils périront, le nombre des justes se multipliera.

JUSTUS AUTEM QUASI LEO CONFIDENS, ABSQUE TIMORE

in animâ sceleratorum imprimit. Venit in exemplum Cain, post necem Abelis fratris sui, è facie Domini sese propitius; veniunt Adam et Eva, qui post peccatum

ERIT. Hebr. : *Fugerunt, sup. impii, cum nullus impius persequitur.* Vel *fugerunt impius, frequens Hebraeis, hoc est, unusquisque ex impiis fugit.* Consciis sibi timet penas sceleribus debitas. Ita comparatum est, seu naturâ, seu dispensatione divinâ, ut conscientie magnis et horrendis criminibus obnoxie nusquam possint securè consistere. Semper in timore versantur, etiamsi nullus sit qui audeat eos persequi. Potentissimi tyranni et sanctorum persecutores conscientie furis agitati, in summo timore vivunt; contra, pura conscientia semper est securâ. Unusquisque ex justis agit inter homines sicut leo inter feras; hoc est, summa ubique confidentia. *Justi confidunt, vel confidere solent, juxta hebraismum, pro unusquisque ex justis confidit; q. d. : Non sunt confidentes quod multi sint, sed seorsum unusquisque satis confidit solus, cum non suis viribus fiduciam habeat, sed in Domino, ut superius legimus : Turris fortissima nomen Domini; ad ipsam currit justus, et exaltabitur.* Verùm de impiis dictum est, *fugerunt; q. d. : Omnis multitudo impiorum perinde timida est ac si unus esset impius.* Hujus rei exemplum legimus de Syris, 4 Reg. 7, qui surrexerunt et fugerunt in tenebras, et dereliquerunt tentoria sua que posuerant contra Samaritam, et fugerunt nemine persequente. Proverbium continet laudem justitiae, quæ fiduciam et spem præbet et securam conscientiam. *Secura verò mens quasi iuge convitium, Prov. 15.*

VERS. 2. — PROPTER PECCATA TERRE MULTI PRINCIPES EJUS; ET PROPTER HOMINIS SAPIENTIAM, ET HORUM SCIENTIAM QUÆ DICUNTUR, VITA ECIAM LONGIOR ERIT.

Hebr. : *Ob pravocationem terre, multi principes ejus; et propter hominem intelligentem scientiam, sic prolongabitur.* Interpres, adjectis quibusdam quæ in Hebræo non sunt, sensum reliquit obscuriorem, qui apud Hebræos satis est apertus, si modò juxta proprietatem lingue unam aut alteram vocem subaudias. *Propter transgressionem terra, hoc est, populi terre, et propter hominem intelligentem scientiam elongabitur, scilicet vita principis, vel imperium.* Imò homo prudens et intelligens erit in causâ diuturnitatis imperii. *Multos habere principes, sive simul et semel, sive multos succedentes invicem, intelligi potest : utrumque reipublicæ magnum est incommodum, magis tamen simul plures sustinere, inter quos dum quisque suis studet commodis, expiliatur populus, bonum publicum lace-ratur, decerpitur; et à quibus defensionem et moderationem habere debet, nempe, à suis principibus,*

inter arbores Paradisi terrestris latebras quæsierunt. Hebræos Deo infideles his minis terret *Moyse : Dabo pavorem in cordibus eorum; terribit eos sonitus folii volantis; et ita fugient quasi gladium : cadent multo persequentis; nemo vestrorum inimicis audebit resistere.* Vide etiam apud Jobum descriptionem pavoris et angoris quibus tyrannus agitur. At justus vel inter gravissima pericula minime pavet, cujus è manibus vita, mors, mala, infortunia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius, presentia quælibet ac futura, creature visibiles aut invisibiles nunquam justitiam et Deum rapiunt, adeoque neque pavorem, neque sollicitudinem, neque metum injiciunt. Reliqua omnia illi nihil obstant, dum intacta sint ea quæ totum illius amorem et curas sibi vindicant. (Calmet.)

ab his funditis subvertitur. *Sed propter virum intelligentem prolongabitur.* Et secundâ clausulâ intelligimus primam debere referri potius ad ebraam principum mutationem, quàm ad multitudinem simul regnatum; et per virum intelligentem et scientem, sapientem et doctum principem intelligimus, qui suâ prudentiâ efficiet ut corrigatur vitia populi, et protrahatur illius imperium, et respública quàm felicissimè gubernetur, ut proverbium non sit alienum ab illo celebri Platonis elogio, qui putavit felicem rempublicam, in qua reges philosophantur, et sapientiæ dant operam, vel in qua philosophi regnant.

VERS. 3. — VIR PAUPER CALUMNIANS PAUPERES, SIMILIS IMBRI VEHEMENTI, IN QUO PARATUR FEMES. Hebr. : *Vir pauper opprimens, pluvia inundans, et non est panis.*

*Non ignara mali miseris succurrere disco.* ut canit Poeta. Nobis à natura ferè inditum est, illorum dolere vices qui isdem nobiscum hujus vite miseris sunt obnoxii. Contra, vehementer inhumanam sint oportet et crudelis, qui mala augent aliena, quorum ipsi quoque obnoxii sunt. Pauper vices pauperum saltem dolere debet, quando alterius necessitati non potest succurrere. Cæterum pauper ille qui rapit à pauperibus, verum ordinem evertit, non minùs quàm pluvia que rigandis paratur agris et setigibus nutritis; que si impetu majore descenderit, semina radicibus evellit, efficietque ut ad maturitatem nequeant pervenire. Haud aliter, si pauper deprædatur pauperes, quorum innoxie condolare debuerat, omnem humanitatem exiit. Neque ad frugem illam pervenient opes illæ, à pauperibus per pauperes raptæ. Pauperes sunt quotquot nomen Christi profiterentur, et nudum Christum nudi sequuntur; id quod, cum omnes Christiani, tùm imprimis monachi profiterentur; quorum si unus alios spoliât et opprimat, vel famam detrahendo, vel virtutes suffocando, quas in aliis nutrire et fovere debet, pluvia erit non irrigans ac fecundans, sed subvertens ac corrumpens.

VERS. 4. — QUI DERELINQUUNT LEGEM, LAUDANT IMPIUM; QUI CUSTODIUNT, SUCCEDUNTUR CONTRA EUM; VEL, LITIGABUNT CUM EIS. Simile suo delectatur simili. *Qui relinquunt et non servant legem, que omnem damnat impietatem, illis placet iniquitas, et laudant impium, quando opera illius operibus transgressoris non sunt dissimilia; non enim illis satis est quod sint mali, nisi habeant et alios sibi similes in malitiâ; dùm impium laudant, omnes illi similes conantur efficere.* Sed qui servant legem, litigabunt adversus eos, nempe impios, vel adversùm illos qui laudant impios, vel adversùs utrosque succensent, conantes eos servare legem Dei, in qua vera est sapientia.

VERS. 5. — MALI VIRI NON COGITANT JUDICIUM; QUI AUTEM INQUIRUNT DOMINUM, ANIMADVERTUNT OMNIA. Hebr. : *Viri mali, vel malitios, non intelligent iudicium; sed qui requirunt Dominum, intelligent omnia.* Qui malis operibus indulgent, et legem relinquunt, iudicium et penas malis et transgressoribus debitas, non intel- ligunt. Non intelligent neque credunt, omnes venturos

ante tribunal Christi, ut reddant rationem, et sententiam Judicis audiant; vel, non intelligit mali iudicium, hoc est, non sunt idonei ut iudicis munere fungantur inter homines. Nam qui sententiam in maleficos prolaturus est, debet ab his criminibus esse alienus et immunis quae damnat in aliis. Alter: *Non intelligit iudicium*, qui mali sunt, hoc est, non dant operam ut intelligant; neque enim magnopere laborant scire quid sit æquum, et quid iniustum. Potest ad iudicem et ad testes referri, imò ad quoscumque qui malis delectantur operibus. *Sed inquirentes Dominum, intelligent omnia.* Qui verò à Domino populum recte regendi intelligentiam petit, ut Salomon, qui dixit: *Dabis ergo sermo tuo cor docile, ut populum iudicare possit, et discernere inter bonum et malum*, 3 Reg. 5, intelligit omnia necessaria ad iudicium; quod si in genere dictam intelligentiam, intelligit omnia necessaria ad salutem; intelligit, inquam, vel ex Scripturis, vel ex prophetis qui sensum Domini habent. Sensus clause non est alienus ab illo: *Quærite, et inveniatis, pulsate, et aperietur vobis*, Luc. 11.

VERS. 6. — MELIOR EST PAUPER AMBULANS IN SIMPLICITATE SUA, QUAM DIVES IN PRAVIS INTENTIBUS. Hebr.: *Melior est pauper ambulans in perfectione sua, quam pervertens vias et ipse dives.* Inter divitias et virtutum nulla est comparatio iudicio Sapientis, quamvis vulgus hominum longè aliter iudicet. *Pauper ambulans in viâ perfectionis suæ*, cum suâ sorte contentus, alios pauperes non molestat (juxta ea quae superius legimus), nec egestate compulsus furatur, aut perjurat nomen Dei. Hoc in loco, sicut superius, cap. 19, *pauperem intelligentiâ* possumus intelligere, ut ex superiore pendeat, qui *requirit Dominum, intelligit omnia*, qui melior est, si studiosè vivat, quam *dives intelligentiâ et pervertens vias suas*, hoc est, declinans ad dexteram, vel sinistram. In Hebræo dualis numerus ponitur; q. d.: *Pervertens duas vias*, legis et Evangelii, neutrum observans; vel *duas vias* paupertatis et divitiarum, hoc est, neutrum fortunam æquo animo ferens.

VERS. 7. — QUI CUSTODIT LEGEM, FILIUS SAPIENS EST; QUI AUTEM COMESSATORES PASCIT, CONFUNDIT PATREM SUUM. Si legem Dei intelligamus, omnia sapientiæ præcepta complectitur; quasi jam multa de intelligentiâ locutus, velit summam dicere: *Qui observat legem, filius intelligens est.* Equidem mallet legem patris intelligere, qui filium docuit temperanter vivere, non dissipare bona, non frequentare convivia, nec otiosos homines alere, qui nihil aliud quam lautas sectantur mensas, et epulas querunt. Qui bona paterna in parasitis effundit, patrem ignominia afficit, qui filium suum non satis benè instructum aut educatum reliquit. *Qui pascit edaces, aut comessatores*, est is qui genio nimis indulget, et sensibus ac carnis appetitui; qui comedones dici possunt, quod appetendo nunquam saturantur.

VERS. 8. — QUI COACERVAT DIVITIAS USURIS ET FENORE, LIBERALI IN PAUPERES CONGREGAT EAS. Hebr.: *Qui multiplicat divitias suas usurâ et multiplicatione, vel fenore, ad opem ferendam pauperibus congre-*

*gabit eas.* Hunc versiculum omisit Beda tanquam manifestum, juxta versionem D. Hieronymi (ni fallor) qui in bonam partem *usuras* et *fenus* intellexisse videtur, addens dictionem *liberalem*, quæ in Hebræo non habetur; quasi velit dicere Sapientis: Qui non sordidus *usuris*, neque *fenore* per legem prohibito, sed legitimi vis et modis *congregat opes*, hic gratiam quoque consequitur à Domino, ut *liberalis* sit in pauperes, perinde ac si non ob alium finem voluisset ditescere. Nicolaus verò de Lyrâ in malam partem *usuras* intelligens et *fenus liberale*, interpretatur in *pauperes, contra pauperes congregabit eas*; cum in Hebræo citra omnem controversiam habeatur, *ad largiendum (vel gratificandum) pauperibus congregabit eas.* Hebræi primam partem versiculi de bonis malè per usuram acquisitis intelligunt; legunt enim: *Qui congregat divitias usuris*; quasi diceret: Qui nimium sunt attentis opibus, ut quovis modo velint, sive per fas, sive per nefas, divitias auferre, etiam per usuram, quæ in lege prohibita est, non potest eas insumere in usus honestos. Acquirere possunt et congregare, sed malè acquisitas opes ipsi benè dispensandi animum non habent; nec tribuit eisdem potestatem Deus ut comedant ex eo. Verùm in *pauperes congregant eas*, hoc est, dispensatione divini in subsidium pauperum distribuunt, quod hoc aliquando fiat, semper autem dignum est ut fiat. Aliter, qui avare per usuram congregat divitias, non sibi congregat, sed alicui qui erit *liberalis* et munificus in pauperes. Ille *fenore* oppressit pauperes, volens crudeliter comparare et servare opes, quæ in manus benigni viri aliquando devolute pauperibus proderunt. Proverbum significat per sapientiam et æqualem esse acquirendas opes, si utilitatem ex illis capere velimus.

VERS. 9. — QUI DECLINAT AUREM SUAM NE AUDIAT LEGEM, ORATIO EJUS ERIT EXECRABILIS. Hebr.: *Qui removet aurem suam ab audiendo legem, etiam oratio ejus abominatio.* Cum oraverit Dominum in angustiâ suâ, abominabitur eum Dominus. Hebræi vocant *mensuram contra mensuram*, sive, quod nos dicimus, *par pari referre*. Legem audire noluit, neque disciplinam aut sapientiam, quibus instructus mala præcavere potuit. Qui noluit audire, non est dignus ut audiat; et ut ostendat quam alienus sit à Deo, qui Deo non credit, neque legi obtemperat, non solum execrabilis est in malis operibus, sed etiam *abominatio est Deo illius oratio.* Qui *declinat aurem suam ne audiat legem*, multiplicem sensum habere potest: vel, quod non credit veram esse quæ in lege scripta sunt, neque juxta legem vivere decrevit; vel, quod eos spernit qui legem docent: *Qui vos spernit, me spernit*, Luc. 10. *Declinat denique aurem*, qui soli orationi insistendum putat, non etiam aliis operibus à lege præscriptis. Isti cum sint alieni à Deo, et in fide errent, non solum in moribus, audiri à Deo non possunt, imò *abominatio est eorum oratio*, ut quæ ab errore procedat; quemadmodum de Judicis, non tam sui quam nostri temporis, scripsit Isaias: *Ne offeratis ultra sacrificium frustra; incensum est abominatio mihi; calcandas vestras et solemnitates odit anima mea*, cap. 1. Nunc videbet,

courseante luce Evangelii, et sanguine Agni immaculati in remissionem peccatorum effuso, brutorum animalium pro peccatis fieri sacrificia est abominatio, præsertim cum eâ opinione et credulitate, quasi talibus opus esset adhuc oblationibus. Pro sensu, quem ex loco colligimus nos, plurimum facit hebraismus, ubi non *declinat* ponitur, sed *facit declinare* legitur, hoc est, qui sciens et volens et destinato animo amovet aurem suam ne audiat, iudicans non esse audiendam legem divinam aut evangelicam, ut ad Judæos nostri temporis peenitentiè referatur, juxta illud Isaiæ modò citatum.

VERS. 10. — QUI DECIPIT JUSTOS IN VIA MALA, IN INTERITU SEU CORRUET, ET SIMPLICES POSSEDERUNT BONA EIUS. Hebr.: *Qui facit errare rectos in viâ malâ, vel per viam malam, in foceam suam ipse cadet, et perfecti possidebunt bonum.* Quod superius lectum est: *Qui fodit foceam incidet in eam*, non est alienum à sensu hujus versiculi; nam sic Dei providentiâ comparatum est, ut mali eadem aut similia damna sustineant, qualia machinantur bonis. In erroribus et ignorantia versamur omnes mortales; hoc enim tanquam hæreditarium malum à primis parentibus accepimus, quod malum si non poterimus penitus abolere, invicem tamen juvare debemus, et quæ minus erroribus implentur, sano consilio sublevare alios. Quòd si fuerit aliquis usque adeò malus, ut alios secum in errores trahere molliat, et à viâ rectâ seducere studeat, in errores incidet ille. Sunt aliqui usque adeò rebus hujus mundi dediti, ut velint per fraudes in pericula et mortem conicere rectos et bonos viros, ut eorum bona possideant. Sed longè aliter evenit. Nam qui trahere conatur alios in pericula, malè peribunt, et non solum non erunt hæredes justorum, sed suas possessiones relinquunt justis et perfectis viris. Loquitur Sapientis metaphoricè de possessione honorum, et de viâ ac *foceâ*. *Via rectorum* est via fidei, à qua declinare homines et in pessimam viam errorum deducere cupiunt multi, cupiunt heretici, cupiunt infideles, cupiunt peccatores, atque ita *per malam viam ad foceam* perditionis venire; sed in illam meritò incident, in quam alios trahere conati sunt, et hereditatem cœlestem ad quam creati et redempti fuerant, relinquunt *perfectis*, et his qui maculâ carent errorum.

VERS. 11. — SAPIENS SIBI VIDETUR VIR DIVES; PAUPER AUTEM PRUDENS SCRUTABITUR EUM. Qui divites sunt et felices sibi videntur in hoc mundo, suæ prudentiæ acceptum ferre solent quòd præter ceteros sint locupletes, fortunati. *Sed pauper*, non tam opibus quam spiritus dives, hoc est, humilis, et intelligens Scripturas sacras, *scrutabitur eum*, hoc est, ut Hebræi declarant, scrutando mentem illius redarguet eum, et ostendet illi omnia esse à Deo, juxta illud: *Dives et pauper obtinuerunt sibi, utriusque operator est Deus*, Prov. 22. Sensus est proverbi, Deum aliis divitias, aliis sapientiam dare: nam divites ferè sapientiam Dei non assuquantur, sed hujus mundi potius.

VERS. 12. — IN EXULTATIONE JUSTORUM MULTA GLORIA EST, REGNANTIBUS IMPIS RUINE HOMINUM. Hebr.: *Cum*

*exultaverint justi, multa gloria; cum surrexerint impii, explorabitur homo.* Magna gloriatio totius civitatis est, vel totius republicæ, cum boni viri et justi habeant occasionem lætitiæ; nam non solent exultare nisi rebus et optimè et feliciter gestis, ac benè gubernatâ civitate. Non enim privata querunt commoda, sed publica, et pròinde justis gaudentibus, omnium maxima gloria est et celebritas. Verum ubi *impii et mali homines surrexerint*, hoc est, evecti fuerint ad honores, republicæ gubernacula tenuerint, tantus luctus et dolor civitatiem occupat, ut in publicum nemo libenter prodeat, sese occultent homines. Proverbum indicat salutem et gaudium republicæ consistere in bonis et justis viris, qui suâ prudentiâ republicam moderantur; omnium verò confusioem et ignominiam fieri in eâ republicâ, ubi impii et pessimi homines rerum potantur.

VERS. 13. — QUI ABSCONDIT SCILLERA SUA, NON DICITUR; QUI AUTEM CONFESSUS FUERIT ET RELIQUERIT EA, MISERICORDIAM CONSEQUETUR. Hebr.: *Qui tegit transgressionem suam, non agit prospere; qui verò confitetur et relinquit, misericordiam consequetur.* Commendatur confessio tanquam unicuique remedium ad peccata delenda. Quod dicit, non *dirigitur*, vel *non prosperabitur*, referri potest ad cetera quæ ager, sed melius ad id de quo fit sermo, nempe ad remissionem peccatorum; q. d.: Quicquid fecerit pro peccatis suis, non proderit ei, nisi confiteatur; victimæ non sufficiunt, aut alia quæcumque expiationes; non assequitur veniam, nisi per confessionem, *relinquendo*, hoc est, desistendo à peccatis. Ex hoc loco habemus confessionem esse necessariam. Cujusmodi verò confessio, an ea quæ soli Deo fit, ut volunt heretici, aut quæ ministro Dei, tanquam Deo presentem, ut voluit ecclesiastici doctores, nemo dubitare potest qui Symbolum Apostolicum tenet et credit. In quo *Ecclesiam catholicam* constitemur, hoc est, universalem, quæ docet sacerdotibus esse confitendum. Sed soli Deo confitendum esse sanctorum auctoritate constat, inquis, nominatim Chrysostomi. Et nos fateamur, eos qui sacerdoti confitentur, soli Deo confiteri, quemadmodum solus Christus est qui baptizat, secundum D. Augustinum, super illum locum Joannis: *Ecce hic est qui baptizat*. Christus solus est qui baptizat, et tamen discipulis dixit: *Ite, predicate baptizantes*. Ecce homines tanquam ministri baptizant, et tamen solus Christus baptizat. Sic confitentes sacerdoti ministro Dei, soli Deo confitemur, quam confessionem habemus, non ex hereticorum, sed ex ecclesiasticâ traditione. Locus est egregius etiam contra errorem alium, qui asserit peccata non imputari electis, cum necesse sit peccata relinquere, si remissionem habere volumus.

VERS. 14. — BEATUS HOMO QUI SEMPER EST FAVIDES; QUI VERÒ MENTIS EST DURE, CORRUET IN MALUM. Ex superiore versiculo pendet, ostendens causam quæ urget homines confiteri et relinquere peccata, nempe timor vindictæ divinæ. Nihil enim magis cohibet homines à peccando, quam cogitare de suppliciis,

vel olim inflictis peccatoribus, vel in sacro eloquio præscriptis. Qui perpetuo timet offendere, et facilius abstinebit à peccato, et confidendo libenter relinquet. *Qui verò durum facit cor suum*, hoc est, rebellet et obstinatum, ut nec minis, nec penis mollescat, vel remittatur, *corruet in malum*, quod cogitavit facere. Potest in genere intelligi, ut sit sensus: Felix erit, et prosperè aget omnia, qui perpetuo et in rebus omnibus timidus, ut absque diuturnâ deliberatione nihil aggrediatur, cavet ne quid omittat eorum quæ in rebus agendis requiruntur. Qui verò obfirmat cor suum, et durum facit, res agendas temerè aggressus, *corruet in malum*, damna subibit, neque ex animi sui sententiâ absolvet quod aggreditur. Prior expositio est melior, ut non ad præsentem beatitudinem referatur, sed ad futuram.

VERS. 15, 16. — LEO RUGIENS, ET URSUS ESURIENS, PRINCEPS IMPUS SUPER POPULUM PAUPEREM. DUX INDIGENS PRUDENTIA MULTOS OPPRIMIT PER CALUMNIAM; QUI AUTEM OBIT AVARITIAM, LONGI FIENT DIES EJUS. Hebr.: *Princeps carens prudentiâ, est multus in oppressionibus; qui odit avaritiam, prolongabit dies.* Leo rugit timorem incutit, ursus inexplēbilis, vel undique cursitans, non cessat laniare; utrumque patitur populus tenuis à malo principē, timorem videlicet, et direptionem. Bonus princeps est pastor populi, et ex tenui locupletem facit. Datur admonitio principibus, et inter bonum principem et tyrannum ponitur discrimen. Verus et legitimus princeps discat non opprimere, non exilare, sedovere, defendere populum pauperem; nam qui populum suum injuriâ afficit, sibi damnum affert, et intelligentiâ caret, juxta id quod sequitur: *Princeps carens intelligentiâ, q. d.:* Ex defectu sapientiæ provenit quod suos opprimat, et more leonis ac ursi dilaniet suos subditos, à quibus desertus faciliè opprimetur ab hostibus suis; vel, quod tyrannus solet evenire, à suis trucidabitur, neque *prolongabit dies suos*, ut finis versiculi exponat principium. Contra, princeps qui odio habet avaritiam, *prolongabit dies suos*. Qui per justitiam et equitatem moderatur, insidias non timebit, et à suis stipendiis et dilectis hostes faciliè propulsabit. Denique qui pecunias spernit, ut plurimum spernit et cæteras voluptates, crapulam et libidinem; quibus vitis hominum vite solent citius deficere, temperantiâ verò et moderatione victus *prolongabit dies*.

VERS. 17. — HOMINEM QUI CALUMNIATUR ANIMÆ SANGUINEM, SI USQUE AD LACUM FUGERIT, NEMO SUSTINET. Hebr.: *Homo vim inferens sanguini animæ, usque ad lacum fugiet, ne teneant eum.* Ex versione nostri interpretis difficile est ullum sensum errare. Ex Hebræo verò duplicem licet: primus erit, si vox *עצב* in sensu patientis accipiat: *Homo qui passus vim, aut violentiam, aut direptionem honorum, propter sanguinem animæ ab eo effusus, ad foveam fugiet*, hoc est, nullo loco consistet, cupiens vitam servare; pro vitâ fugiet, et in sepulchris latitabit, ne trahant eum ad mortem. Sunt qui separatim legunt ad duas voces, *עצב*, et *עמ*, ut sit sensus: Qui sanguinem animæ oppressit, ad lacum,

cum, sive sepulchrum, supple, veniet, vel deducet eum iniquitates ejus. *Fugiet*, supple de loco in locum, et *nemo tenebit aut sustentabit eum*; hoc est, nemo ferret illi opem. Aliter intelligitur *עצב* pro *עצב*, ut nos vertimus: *Qui violentiam inferi super sanguinem animæ, hoc est, qui interficit hominem, ad lacum fugiet*, hoc est, ad sepulchrum; si ad mortem fuerit condemnatus, *non sustentant eum homines*, hoc est, nemo defendet eum, nemo misericordiam in eum ostendet; q. d.: homicidæ debetur mors. *Qui gladio percussit, gladio peribit*. Naturaliter homines oderunt humani generis hostem. Aben Ezra paulò aliter et optimè qui vim intulit sanguini animæ tantum, ut ad lacum, hoc est, sepulchrum, supple, perveniat anima illa cuius sanguis effusus est, *perfugiet* interfector, hoc est, cum fugerit, *non sustentant eum*, hoc est, nemo illi faveat aut misereatur illi; quasi Salomon hoc præciperet. Potest denique de homicidio non voluntario intelligi, et erit sensus: Cum fugerit ad locum destinatum in lege, nemo teneat eum, neque impediatur quominus elabatur, et sese recipiat in asylum. Prior expositio est melior.

VERS. 18. — QUI AMBULAT SIMPLICITER, SALVUS ERIT; QUI PERVERSIS GRADITUR VITIS, CONCIDET SEMEL. Hebr.: *Qui ambulat perfectus, servabitur; sed perversus duabus vitis, corruet in unâ.* Superius legitimus: *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*, Prov. 10. Hebraicè est, *perfectè, vel in vitâ perfectâ*, hoc est, qui agit vitam integram et sine maculâ, qui nec sanguinem effundit, nec vim alicui inferit, ut ad superiora referatur, *servabitur*, hoc est, non subietur supplicio de eo; *legem servat, per eam viam et servabitur*, Lev. 18. *Qui verò perversus est vitis, et à præscripto legis deflectet, si frequenter vel lateat vel evadat, tandem tamen corruet*; q. d.: Non potest esse securus, etiamsi non statim iuxta penam. Atque hunc sensum habemus ex Judæis, juxta litteram. Quod si de salute non corporis, neque hujus vite, sed animæ et future vite exponamus locum, per vitam perfectam intelligemus illam de qua loquitur Scriptura: *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est*. Quam viam perfectionis evangelicæ qui pervertit et depravat malè credendo, impiè vivendo, semel cadet, ut diu vivat, ut in deliciis vivat, tandem corruet in unum ex malis quæ fecit, hoc est, penam dabit.

VERS. 19. — QUI OPERATUR TERRAM SUAM, SATTIABITUR PANIBUS; QUI AUTEM SECTATUR OTIUM, REPLEBITUR EGESTATE. Hunc versiculum satis planè (ni fallor) exposuimus superius, cap. 12, de duplici terrâ, nempe de eâ quæ segetes profert ad presentis vite sustentationem, et de terrâ cordis mortalis, quod, cum curâ cultum, et relict aratro scissum vomere penitentia, mirificos virtutum fructus profert, præsertim collitis rigatum, et purgatum à vepribus. *Qui verò sectatur inanes*, hoc est, homines rebus inanibus deditos, et sine lucro, ad paupertatem debent. Observandum est in Hebræo non poni simpliciter *sectatur, sed facti sectari*; et solaudit Aben Ezra, *cor suum*; q. d., sponte suâ sciens et volens et deditâ operâ sequitur hominès

inanes, hoc est, festinat ire cum hominibus otiosis et tenuibus; *paupertati satiabitur*, hoc est, satis esuriet, famem patietur. Denique sensu non multum alienum est Proverbum ab elogio Pauli: *Qui non laborat non manducet*, 2 Thess. 5. Vita rusticana commendatur, et omne exercitium honestum quo victum acquirimus.

VERS. 20. — VIR FIDELIS MULTUM LAUDABITUR; QUI AUTEM FESTINAT DITARI, NON ERIT INNOCENS. Hebr.: *Vir fidelis multus est in benedictionibus.* *Vir fidelis* est qui cum fide et veritate agit omnia opera sua, et non est perversus in vis suis; vel: *Vir fidelis*, qui in Deo spem habet, et non festinat ditescere per fas aut nefas, multas benedictiones consequetur à Deo. Nam Deus prosperare faciet omnia quæ illius sunt. Contra, qui non aliò spectat quam ut ditescat, *non erit innocens*. Divitias nemo colligere potest subito, nisi cum aliorum injuriâ. Agricultura panem, hoc est, necessaria ad victum, suppeditat, non opes festinatas. Mediocritatem igitur servare sapientis est, neque otium sectari, quod inani ferè adducit, neque per inexplēbilem avaritiam festinare ad opes, relicta viâ perfectâ, quæ est via veritatis evangelicæ. *Invenire viam aequalitatis*, ut supra dictum est, non est innocentiis. Proverbum docet contemnere mundum, et sperare in Domino. Aliter, ut totus versiculus sit quasi una clausula: *Quamvis fuerit aliquis vir fidelis, et dives in benedictionibus, tamen si festinat ditescere, non erit innocens*; immoderatus appetitus ad opes cum perfectâ virtute et innocentia non coheret.

VERS. 21. — QUI COGNOSCIT IN JUDICIO FACIEM, NON BENE FACIT; ISTE ET PRO BUCELLA PANIS DESERT VERITATEM. Hebr.: *Et pro bucellâ panis prævaricabitur homo.* Proverbum docet judicia debere esse integra et incorrupta, et à iudicibus ne tantillum quidem accipiendum. Ex proprietate lingue, res minimi momenti *buccella panis* vocatur, quam qui accipit, ut iudicium pervertat, graviter prævaricatur; quamvis tam noster interpres quam Hebræorum Rabbinii legant: *Cognoscere faciem in iudicio*. Supplentes hanc vocem, in iudicio, quæ in Hebræo non habetur, ut superius legitimus, cap. 18, tamen quæcumque personarum acceptio intelligi potest, de qua Jacobus, cap. 2: *Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi*; et Levit. 19: *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis*. In plurimis Scripturarum locis, inter divinas laudes recensetur, quod non sit personarum acceptor. Quòd igitur Deo adversatur, bonum non potest esse, personam acceptare. Quamvis pauperibus patrocinari pium opus sit, tamen in iudicio cum aliorum injuriâ, nec æquum, nec bonum est favorem alicui prestare. Cæterum manus accipere, quamlibet parvum, eo animo ut iudicium pervertatur, gravissima est prævaricatio.

VERS. 22. — VIR QUI FESTINAT DITARI, ET ALIIS INVIDET, IGNORAT QUÒD EGESTAS SUPPRAVENIET EI. Hebr.: *Festinat ad opes vir mali oculi, et non novit quoniam inopia veniet illi.* Sensum bene reddidit interpres noster, qui est hujusmodi: *Qui sunt attentiores ad rem,*

et divitiis colligendis inhiant, malo et invidio alios intuente oculo. Hi ad inopiam devenire solent, aut digni sunt qui ad inopiam aut defectum deveniant; præsertim qui illicitis modis festinant ditescere, per rapinam et oppressionem pauperum, ut ad superiora respondeant: *Qui festinat ditescere, non erit innocens*; q. d.: Virtute carebit. Verum qui cum invidiâ festinat ditescere, ad defectum perveniet, pereuntibus videlicet malè quæ mala parva sunt. Proverbum deterret ab avaritiâ, in quâ summa stultitia est, cum qui festinant ad divitias per invidiam, non perveniunt ad divitias, sed ad defectum bonorum animæ, et frequenter bonorum fortune. Aben Ezra: *Vir mali oculi vocabitur, quòd alienam prosperitatem non libenter aspicit, usque adeò festinat ditescere, ut ad se trahere omnia velit.*

VERS. 23. — QUI CORRIPIT HOMINEM, GRATIAM POSTEA INVENIET APUD EUM, MAGIS QUAM ILLE QUI PER LINGUÆ BLANDIMENTA DECIPIT. Hebr.: *Qui corripit hominem post me, gratiam inveniet plus quam qui blanditur linguâ.* Ut sint verba Salomonis loquentis de se; hujus duplex est sensus; prior: *Qui idè corripit hominem*, sic ut post me veniat, et sequatur præcepta mea, *gratiam inveniet*; vel: *Qui corripit hominem post me*, hoc est, juxta me; q. d.: Qui me sequitur corripiendo, et corripit, ut ego feci in hoc libello, *gratiam inveniet*. Tertio modo: *Post me, qui corripit post tempus meum, inveniet gratiam*, hoc est, laudem assequetur sicut ego, et gratiam majorem quam is qui blanditur linguâ. Sunt ex Hebræis qui negant litteram idè affixam voci *et* indicare pronomen, sed significare duntaxat potest; et erit sensus: *Qui corripit hominem*, supple, eorum post desideria cordis sui, ille inveniet gratiam. Denique intelligi potest ad hunc modum: *Qui post me corripit, inveniet gratiam*, q. d.: Difficile erit invenire correptionem aliam post me; ut maxime laude dignus sit Salomon, qui nullum vitium omisit non castigatum, qui omnes virtutes et vitia percurrisse videtur: Sensus tandem quem reddidit interpres reprehendi non potest: *Post inveniet gratiam*. Correptio enim ipsa solet esse parum grata, verum tempestive admonitio et castigatus, postea gratias refert correptori. Qui linguâ blanditur ferè fallit et decipit, secundum illud quod scribitur, Isai. 5: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.*

VERS. 24. — QUI SUBTRAHIT ALIQUID A PATRE SVO ET A MATRE, ET DICI HOC NON ESSE PECCATUM, PARTICIPES EST HOMICIDÆ. Hebr.: *Qui depravat patrem suum et matrem suam, et dicit: Non est prævaricatio, socius est viri dissipantis, vel perdentis, vel grassatoris.* Quod licitum putant juvenes plerique, à Sapiente damnatur. Dicit: *Non est prævaricatio* mihi, aufero quod meum est; quæ parentum sunt, mea erunt post mortem. Qui sic cogitat et rapit bona paterna, similis est et socius eorum qui dissipant bona sua. Dissipant enim qui non cum ratione dispensant, sed in usus non necessarios aut etiam malos insuntum. Verù potest: *Grassatoris erit socius*; q. d.: Ille facere non tentaret, nisi persuasus aut exemplum accipiens à grassatoribus.

Septuag. vertunt : *Socius est viri ærebovi*. Proverbum docet omnem obedientiam et honorem habendum parentibus, quibus ne in bonis quidem externis debent liberi facere injuriam, aut offendere; imò præterquam quòd stultè faciunt, in Deum gravissimè prævaricantur, qui bona parentum invidis parentibus auferunt, id quod non minus rapina est, quam aliena rapere.

VERS. 25. — QUI SE JACTAT ET DILATAT, JURGIA CONCITAT; QUI VERO SPERAT IN DOMINO, SALVABITUR. Hebr. : *Latus animo excitabit item; qui confidit in Domino, impinguabitur. Latus sive amplius animo, in malam partem accipitur, pro eo qui magnis desideriis æstuat, et desideria modis omnibus velit complere. Alioqui apud Paulum : Os nostrum patet ad vos, cor nostrum dilatatum est, 2 Cor. 6. Latitudo cordis est ampla charitas et amor, sive magnum desiderium salutis eorum et fidei. Caterùm hoc in loco, largus corde, qui undique rapit, et festinat ditescere, et insatiabili opum desiderio laborat, dum multos afficit injuriâ, multos habet inimicos, et lites excitabit. Sed qui super Dominum (sic enim legunt Hebræi) spern collocavit, à nemine quidpiam rapit, mori potius eligens quam aliena deprædari, huic honestus et sufficiens victus nunquam deerit; imò deliciis affuet, si non corporis, certè animi illius pinguescat, et crassescet cœlesti pinguedine, de qua loquitur Psal. 62 : Sicut adipe et pinguedine repletur anima mea. Aliter : Latus animo est qui ad ultionem festinat, qui nihil vult pati ab aliis; hic lites et jurgia excitabit; sed speret in Domino, et illud impleat : *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus, Deut. 35. Impinguabitur tranquillitate conscientie sue, pacem habens cum omnibus hominibus, quantum in eo est.**

VERS. 26. — QUI CONFIDIT IN CORDE SUO, STULTUS EST; QUI AUTEM GRADITUR SAPIENTER, ILLE LAUDABITUR. Hebr. : *Qui ambulat in sapientiâ, ipse exaltet, supple, angustias et pericula. Ambulat autem in sapientiâ, qui juxta præcepta sapientiæ vivit, et actiones suas moderatur; ipse fortassis ad tempus angustias poterit sustinere; tamen evangelicis instructus preceptis, in quibus vera Sapientiâ loquitur, eripietur tandem ab omni angustia pœnæ et mortis; quamvis valdè interim infelix videatur quibusdam, qui suæ prudentiæ inintentes, et confidentes in seipsis, tanquam in corde habent omnem sapientiâ, revera sunt stulti; nam omnis homo ex se mendax et stultus est. Monet proverbium hominem suæ conditionis et finis, ut qui ignorantia propriâ sit venturus ad perditionem, nisi, relicta stultitiâ et fiducia in seipso, totam spem suam ponat in Domino, quæ evangelicæ sapientiæ est.*

VERS. 27. — QUI DAT PAUPERI, NON INDIGEBIT; QUI DESPICIT DEPRICANTEM, SUSTINENT PENURIAM. Hebr. : *Ei qui dat pauperi, non erit defectus; ei verò qui abscondit oculos suos, multitudo maledictionum. Fenerator Domino, qui miseretur pauperis, superius legitimus, cap. 19. Plurimos constat, distributis facultatibus omnibus, devenisse ad summam pauperitatem, quibus tamen nihil defuit; sed cum Paulo didicerunt : In quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abun-*

*dare; ubique et in omnibus institutus sum, et satiare, et esurire, et abundare, et penuriam pati, Phil. 4; et alibi : Sicut egentes, multos autem locupletantes tanquam nihil habentes, et omnia possidentes, 2 Cor. 6. Quamvis ergo ad spontaneam pauperitatem multi sanctorum devenierint, nunquam tamen defectum aut penuriam sustinent. Hebræi, apud quos nunquam tanta laudis fuit voluntaria pauperitas, aliter exponunt hunc locum : nempe, qui largitur pauperi, nunquam eâ ratione ad egestatem perveniet; et ut verum fateamur, dare pauperi, et elemosynas facere, aliud genus virtutis est ab eâ quâ quis largitur et unâ vice malit dispensare omnia, et nudus semel sequi Christum, quam paulatim et quotidie dare. Qui abscondit oculos suos. In oculis est magna pars misericordiæ; benignus aspectus divitis consolatur pauperem; quem aspectum benignum qui negat, valdè crudelis est. Qui libenter pauperes intuetur, etiamsi desit illi animus liberalis alterius necessitatem sublevandi, tamen interim, dum oculos figit in egenos, intus in animo operatur Deus, ut velit facere quod externus oculus faciendum non potest negare. Et que tandem præstabit ille qui ne oculum quidem dignatur accommodare? Vestem à dorso exuere debueras, panem vel eî facibus propriis demere, et latrante stomacho incediam pati; debueras laborare manibus, ut vult Paulus, Ephes. 4, quo haberes aliquid quod des pauperibus, et tunc vult autem aspectu misericordiam præstas? quantis execrationibus et maledictis dignus est! Maledictiones intelligi possunt ab hominibus, quòd plurimi de eo loquuntur male, vel potius maledictiones Dei, qui talem virum inter non dignatur, cujus aspectus benedictionibus plenus est. Maledictiones in Scripturis, rerum copiam et donorum multitudinem indicare, nemo est qui ignoret; benedictionibus Dei quicumque destitutus est, merito *multus* vel *plenus maledictionibus* vocari potest.*

VERS. 28. — CUM SURRERINT IMPII, ABSCONDENTUR HOMINES; CUM ILLI PERIERINT, MULTIPLICABUNTUR JUSTI. Bonum republicæ consistere in his potissimum qui primas tenent, si modò justitiâ et æquitate moderentur, significat proverbium; alioqui cum impii surrexerint et elevati fuerint, et republicæ gubernacula tenuerint, nulla rerum copia est, sed ne hominum quidem. Qui verò homines sunt, malunt civitatem cum patrimonio relinquere, solumque vertere, quam impiorum sustinere tyrannidem, quæ nostrâ ætate fieri vidimus, et quorum aliqua pars *juimus*. Abscondentur homines, intelligi potest, vel quòd fugâ dilabantur, vel quòd iniquis iudicis assumpti non compareant. Rursùm rerum vicissitudo, impiis Dei vindictâ assumptis, hoc est, sublatâ tyrannide et persecutione in Christianos, multi apparuerunt justi qui prius laterunt. Persecutionis tempora proverbialiter brevitate perstrinxit Salomon. Typicè possunt licet ad animæ statum referri, in quâ cum fuerint elevati concupiscentiæ carnales quæ sunt animales, non sapientes ea que Dei sunt, virilis animæ sensus, hoc est, intellectus et ratio, quæ Deum agnoscit et colit, absconditur, occultatur, hoc est, functiones suas non exercet.

Abolitis tamen tandem malis cupidinibus, et per temerantiam et Dei gratiam prolifigatis ab animæ regno, justitiæ opera plurima exstabant. Quòd si ad Eccle-

## CAPUT XXIX.

1. Viro qui corripientem durâ cervice contemnit, repentinus ei supervenit interitus, et cum sanitas non sequetur.

2. In multiplicatione justorum lætabitur vulgus; cum impij sumpserint principatum, gemet populus.

3. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum; qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.

4. Rex justus erigit terram; vir avarus destruet eam.

5. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.

6. Peccantem virum iniquum involvet laqueus; et justus laudabit atque gaudebit.

7. Novus justus causam pauperum; impius ignorat scientiam.

8. Homines pestilentes dissipant civitatem; sapientes verò avertunt furorem.

9. Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.

10. Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem querunt animam ejus.

11. Totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt, et reservat in posterum.

12. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

13. Pauper et creditor obviaverunt sibi; utriusque illuminator est Dominus.

14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.

15. Virga atque correptio tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.

16. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera; et justî ruinas eorum videbunt.

17. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animæ tuæ.

18. Cùm propheta defecerit, dissipabitur populus; qui verò custodit legem, beatus est.

19. Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.

20. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitiâ magis speranda est, quam illius correptio.

21. Qui delicatâ puertitiâ nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.

22. Vir iracundus provocat rixas; et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.

23. Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritum suscipit gloria.

24. Qui cum fure participat, odit animam suam; adjurantem audit, et non imflectit.

25. Qui timet hominem, citò corrumpet; qui sperat in Domino, sublevaritur.

sie regnum et legitimam administrationem referantur et hereticorum violentiam, sequè facilis et aptus appareret sensus.

## CHAPTER XXIX.

1. L'homme qui méprise avec une tête dure celui qui le reprend, tombera tout d'un coup par une chute mortelle; et il ne guérira jamais.

2. Quand les justes se multiplieront, le monde sera dans la joie; et quand les méchants prendront le gouvernement, le peuple gémera.

3. Celui qui aime la sagesse, sera la joie de son père; mais celui qui se lie avec les prostituées, perdra son bien.

4. Le roi juste fait fleurir son état; et l'homme avare le détruira.

5. Celui qui tient à son ami un langage flatteur et déguisé, tend un filet à ses pieds.

6. Le filet enveloppera le méchant qui pêche; et le juste louera Dieu, et se réjouira.

7. Le juste prend connaissance de la cause des pauvres; mais le méchant ne s'informe de rien.

8. Les hommes corrompus détruisent la ville; mais les sages apaisent la fureur.

9. Si le sage dispute avec l'insensé, soit qu'il se fâche, ou qu'il rie, il ne trouvera point de repos.

10. Les hommes de sang haïssent le simple; mais les justes cherchent à lui conserver la vie.

11. L'insensé répand tout ce qu'il a dans l'esprit; le sage ne se hâte pas, et se réserve pour l'avenir.

12. Le prince qui écoute favorablement les faux rapports n'aura que des méchants pour ministres.

13. Le pauvre et le créancier se sont rencontrés en ce que le Seigneur est celui qui éclaire l'un et l'autre.

14. Lorsqu'un roi juge les pauvres dans la vérité, son trône s'affermira pour jamais.

15. La verge et la correction donnent la sagesse; mais l'enfant qui est abandonné à sa volonté, couvrira sa mère de confusion.

16. Les crimes se multiplieront dans la multiplication des méchants, et les justes en verront la ruine.

17. Elevez bien votre fils, et il vous en isolera, et il deviendra les délices de votre âme.

18. Quand il n'y aura plus de prophétie, le peuple se dissipera; mais celui qui garde la loi du Seigneur est heureux.

19. L'esclave ne peut être corrigé par des paroles; car il entend bien ce que vous lui dites, et il néglige d'y répondre.

20. Avez-vous vu un homme prompt à parler? Attendez plutôt de lui des folies, que non pas qu'il se corrige.

21. Celui qui nourrit délicatement son serviteur dès son enfance, le verra ensuite se révolter contre lui.

22. L'homme cœtère excite des querelles; et celui qui se fâche aisément, sera plus prompt à pécher.

23. L'humiliation suivra le superbe, et la gloire sera le partage de l'humble d'esprit.

24. Celui qui s'associe avec un voleur, hait son âme; il entend qu'on le prend à serment, et il ne le déceit point.

25. Celui qui craint les hommes, tombera bientôt; celui qui espère dans le Seigneur, sera élevé.